





1706.

1. Harpprechtus, Ferdinandus Christiphorus: Actio utilis de recepto, an ei peritus iuribus locum portat sorbitu?
2. Harpprechtus, Ferdinandus Christiphorus: Venditio gratiosa Germania in Rems-Knapp.
3. Harpprechtus, Ferdinandus Christiphorus: Vnde his jura.
4. Schröderus, Gabriel: De iurisdictione per inuesti-  
torem fundalem concensu.
5. Schröderus, Gabriel: De agnatione et approbatore  
ultimae voluntatis defuncti.

1707.

1. Harpprechtus, Ferdinandus Christiphorus: Actio utilis de recepto, Utram contra rebus locorum monitoriam exercitores, postquam magistratus et quoscunque aurigas . . . locum oblineat?
2. Majerus, Ernest Thoplius: De exceutione sententiae in causa criminali capitallitate.

1709.

3. Roslerus, Joh. Berhardus: De obligatione vel tunc  
31  
4. Roslerus, Johann Berhardus: De tributis.  
5. Roslerus, Johann Berhardus: De officio et jure  
samnonum impersonium area sacra secundum legem  
naturalis  
6. Schröderus, Gahr: De jure agri Forum in fundis  
7. Schröderus, Gahr: De pacis religiosae constantia  
et perpetuitate  
8. Zellens, Johannes: Docimaria, signa, cause et  
noxa viui lithargyro mangonista.

1710.

1. Harpprechtus, Ferdinandus Oaris, baptizatus: De cruxice  
stellata.

1710.

1. Gramm, Michael: De modo taxandi jure dictiorum,  
2 exempli  
2. Major, Johannes Wamers: De remedio revitionis

1749.

3<sup>rd</sup> Moyleanus, Jacobus David: De summo artis fine  
Imperialis Projecto. 25 auctl.

4. Roestens, Joh. Berhardt: Iccos, quod justum est  
coram accusationem







ACTIO ETIIS DE RECEPTO,

Auf die erlaubt ist, welcum polit

etiam in deren videruntur deo ducantur

inducta

etiam in deren videruntur credentia,





12801.

Q. F. F. S.

ACTIO UTILIS DE RECEPTO,

An & quibus in casibus locum possit  
sortiri?

SUPREMO NUMINE AUXILIANTE,

*Indulxit*

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,

In Illusterrima EBERHARDINA,

P R E S I D E

DN. FERDINANDO CHRISTOPHORO HARPPRECHTO,  
JCTO, COMITE PALAT. CÆSAR.  
ET ANTECESSORE,

In Aeroaterio JCtorum,

*Ad Diem 6. Novembr.*

Solenni ventilationi submissa,

à

PHILIPPO LUDOVICO BRENNERO, Nürtingen.

---

T U B I N G E,

Anno Salutiferi Partus, M DCCVI.

Litteris Johannis Conradi Eitelii.

ETIO LIHTIS DE REGERTO

AN DER STADT DRESDEN

1716

SATURNUS AURELIUS AVITIUS

ALBANIUS

MARCIUS AURELIUS AVITIUS

AVITIUS

ETIO LIHTIS DE REGERTO

AN DER STADT DRESDEN

1716

ETIO LIHTIS DE REGERTO

AN DER STADT DRESDEN

1716

ETIO LIHTIS DE REGERTO

AN DER STADT DRESDEN

1716

ETIO LIHTIS DE REGERTO

AN DER STADT DRESDEN

1716

## I. N. D. N. J. C.

## PRODROMUS.

**T**Redecennium per immensam DE Igratiam effusit, & quod excurrit, ex quo excellentissimus Dominus Praes, in vastissimo Legum studio indefesus meus Doctor, & Patronus atatem summè venerandus, de Jure Aurigarum, primam publici juris fecit Dissertationem, materiam Contractuum & qua ad illorum securitatem atq. indemnitatē p̄ficiant, enucleantem. Hanc sequitur post Anno excipit secunda de jure Aurigarum circa Delicta: & paulo post tertia, quid in Successionibus quo ad illos obtineat & sollicitè dispiciens. Post id temporis alta, de eo, quod justum est circa Aurigas, vom Rechte der Suhrleuthel Disputatio prodiit, qua pleraq. in istis Dissertationibus asserta comprobatur. Porro paucis annis tota illa Tractatio de jure Aurigarum in nostram vernaculam ab Anonymo translata Cella Lunaburgensem hanc lucem adspexit, Domini Praes, nomine, quō fine? non constat, eā formā subnexo, ut facilimē cuivis, quasi iſ ſemei hujus Translationis vel autor, vels uxor effet, imponi valeat. Sed si quid hucusq. ex hac ipsā metaphoristica Viri industriā in publicum processit, vel imposterū fierari potest, emouimenti, hoc ad illum, quisquis sit, Anonymūm pertinet. Quia verò hōc ipso, qui ad finem fæliciter declinat, Anno, illustris Reipublica Francovadana nobilissimus Senatus ab inclita iſuſtrissime hujus EBERHARDINÆ Facultate juri- dica, in perplexa quadam Causa, quā Vidua, publicam meritos riam rhedam Francofurti exercentis, per aliquot annos probatus insitior merces ſibi concreditas, priuquam easdem Francofordiam deferret, culposē amifſe insimulabatur, Responſum expedit, in

A

quā

quod illa, hoc seculo longe acerius, quam olim, disputata controvessa: Vtrum etiam Auriga, & praecepit illi, qui privatas vel publicas meritorias ruedas, Landkutschen/ exerceant, itemque Postularum exercitores, ad exemplum Nautarum & Seabulariorum, utile actione de recepto teneantur & plena manu discutitur, opera pretium visum fuit, ut non saltem illi, de jure Aurigorum circa contractus, Tractationi ipsum hoc, a perpaucis saltem tractum. Supplementum, in peculiari Disquisitione, adficaretur; sed ut etiam de Utili Actione de recepto, in elaboratione laudati Responsi, hinc inde suborta meditationes: Vtrum illa aliquando, & quibus in casibus, locum sororii queat? LLum cupide inveneruti communicarentur. Fauxit, ille, cui soli, in totupliciis periculi plenissimâ viâ hujus misera vita vias nostras securè committere possumus, Dux & Lux Veritatis, benignissimus DEUS, ut à regia veritatis nusquam abripiamur.

## CAPUT PRIMUM,

## Pracognita hujus Dissertationis premitens.

## S. I.

**D**E vocabulo, Actionis, post plenos hinc inde ad tit. π. & Cod. de oblig. & action. ut & Instit. de actionib. tot Interpretum commentarios, hic quicquam praefari placulum ducimus. Adeat, cui lubet, Arnold. Vinnius, ad princip. Instit. d. tib. B. Dn. Rebhahnus, in hodeg. charta & clim. s. tib. 8. Circa alterum verò in frontispicio hujus Dissertationis obvium terminum technologicum, quod nimis hic queramus de utili actione, non omnino pigebit aliquantulum subsistere, & paucissimis advertere, quod actio utilis in nostris libris non uno sumatur significatu. Illum principem esse, quod utiles actiones, in contradictione ad directas actiones, illas appellavimus, qua non, ut directa, ex conceptis Legis verbis, seu ex eo, quod scriptum est, (Jungat, Vinnius, ad §. fin. num. 3. de L. Aquil.) sic, ut Llatoris Mens & Verba concurrant; sed, proprie unius vel alterius requisiti, ad fundam directam actionem necessarii, deficientiam, ex Llatoris, vel Prætoris sententiâ, ratione, & mente, per ejusdem extensivam interpretationem, ad exemplum directa, seu civilis, seu Prætoria.

actionis conceduntur, vel sola illa famosissima Lex 47. de negotiis gestis, liquidissimum reddit, Addat. Lex 9. princ. L. 11. §. 5. §. 8. L. 29. §. 7. ad L. Aquil. Bachov. de action. Disp. 4. th. 24. vers. alio sensu actiones. Vinnius, ad d. §. ult. num. 4. Inst. d. tit. B. Dn. Lauterbach, in tract. synopt. de action. in fact. pag. 36. Frantz. ad tit. de prescr. verbis. n. 77. B. Dn. Frommann, in Differ. inter. act. nativ. & dativ. th. 7. Secundum quod utiles illae omnes appellantur, quae ex Prætoria jurisdictio-  
ne substantiam capiunt, in oppositione ad civiles, legítimas, sive aliquā Juris Civilis parte introductas actiones, elucescit imprimis ex §. 4. Inst.  
de action. Quamvis enim Prætoria, in se spectata, conceptis edicti  
Prætorii verbis proposita, & ipse directe sint, suasque per interpretationem prudentem, ex mente Prætoris, extensas seu pariter utiles actiones sibi habeant oppositas; ut videre est in L. 70. ff. de rei vindic. L.  
penult. de insit. act. L. 22. de pignorib. tamen habitō ad illas, quae à Lege  
formantur, actiones respectu, Prætoria omnes utilium nomine passim  
in signūt, ex eo haud dubiè, quod Prætoris non fuerit Legem propriè  
dictam condere, Princ. Inst. de bonor. possess. ibique Vinnius, n. 4. Quotrum  
etiam collineat Lex 21. de prescr. verb. L. 5. Cod. ac translat. Sed & ceteri, o  
utiles illas appellitanus, quae non habent aliquam preexistentem matri-  
riam, ad formandam actionem sufficientē; sed ex merā Äquitate; verū  
ab ipsā Lege, disertis verbis, in quamplurimis casibus, formantur  
& dantur, verb. grat. in casu, si stius heres, contra immixtionem, à pa-  
terna hereditate, per in integrum restitutionem abstineatur, ubi alius in  
locum ipsius succedens non equidem directas, ceu in illius, qui semel  
heres factus, personā semel fixas & radicatas, ut jam amplius ab illo, Ju-  
ris seripulostate, aveli non possint; verū utiles saltem habet. L. ult.  
ff. de acquir. vel omitt. hered. itemque in casu, quō quis hæreditatem  
fideicomissariam, seu coactus, seu sponte, alii restituunt. §. 4. & sqq. 3. de fidei-  
hered. ibi qd. Dres. ubi itidem talis universalis fideicomissarius; nec non  
in casibus actionis alicui donatae, vel vendite; ubi emptor, donatarius,  
& sic deinceps, tūm ante, tūm post actionis cessionem, tamen utilem in  
judicium, ex sua personā, deducere possunt, ita quidem, ut illa non saltem  
ante; verū etiam quandoque post factam cessionem, necessaria sit,  
& haudquam beneficio facta cessionis; verū sine cessione, ex lo-  
la Legis concessionē atque autoritate, donatario, emptori, & similibus  
comperat. L. 1. in fin. Cod. de magistr. conven. Bachov. de action. Disp. 4.  
th. 3. pag. 123. in fin. & pag. sq. Dn. Lauterbach, in tract. synopt. de he-  
red.

sed. vel ab. vend. §. II. num. 14. Et ut breviter differentia infer utiles actiones, primi significatus, & has indigitetur, illas passim DDres utiles ex Mente; has vero utiles ex **Equitate**, & dativas appellant; de quibus operose & exacte commentatur B. Dn. Frommann, in **Differ. inter alt. nativ. & dativ.** §. 7. 42. 43. 54. & sqq. Tandemque, 40, etiam utiles actiones Nostri illas appellant, quas LL. alioquin aptiore vocabulo **contrarias** nescipant, quæ nimicum ex contractu, ex utroque quidem latere obligatoriō; sed exinde resultante secundariā duntaxat, sive minus principali obligatione descendunt. Jungat Richter, de adverb. signific. vocab. utiliter. Excellentius Dn. D. Grassus, Præc. & Patronus meus honoratus, in sua *Inaugur. de electione actionis utilior. th. 4. circa fin.* Et veniam haud temere nobis promittimus, si, quinto loco, actiones utiles, in libris nostris, non uno in loco, nihil aliud indigitar dicamus, quam quod ipsa directa, a Llatore, vel Prætore proposita actio sit **efficax**; velut quando *Lex 2. ff. de estimat. act. actione prescriptis verbis*, quæ (ut loquitur Imperator in §. 22. insin. Inſt. de action.) de estimato proponitur, etiam in calu, quod rem vendendam accipienti certa merces promittitur, dicit utilem esse, ubi equidem Glossa, non sine ratione, prædicatum hoc, utilis, nihil aliud, quam efficax, innuere scribit. ad L. lit. e. Cui consimilis est ex. in princip. Inſt. vi. bb. raptor, ubi dicitur, quod actio vi bonorum raptorum utilis sit, etiam si quis unam rem, licet minimam, capuerit. Nec turbare nos debet, quod dictam L. 2. ff. de estimat. act. B. Rebhanus exaudiat de utili, quæ ex Legislatoris præsumptâ sententiâ & mente proficitur; in bodegeta *Jur. charta* 42. clm. 4. §. 32. & quod circa *Principium Inſt. d. tit.* ipsa Glossa subsistat, utrum utilis tantudem denotet ac efficax, vel utilis ex mente & sententia Legis; ad dictum princip. lit. d. Nam quod dicta Lex 2. rectius exaudiat de efficaci, quam ex Legis sententia competente actione, præter textis evidenter, etiam post Salicer. & Anton. Februm. dicit Dn. Lauterbach, in tract. synopt. de estimat. alt. §. II. num. 9. in verbis: *Et exinde utilis sive efficax datur actio estimatoria.* Et quod propter rem minimam violenter eruptam directa actio vi bb. raptorum obtineat, siveque utilis actio in d. Princip. pariter idem insinuat, quod efficax actio, & vincit *Novella 63. cap. 1. & doctrina B. Joh. Harpprechti, ad d. princ. num. 17. Inſt. d. tit.* Sed &c, præter hos exx. adhuc alii complures hinc inde sunt obvi, ubi idem hujus nominis significatus videtur fundatus, ut in L. 22. §. 5. ff. mandat, L. 31. de R. *Jur.* L. II. §. e. ff.

*de action. empti. &c in primis in L. 24. §. 2. de liber. causa, quæ, citra columniam, in aliud sensum detorqueri non potest.* Indò, nisi nos omnia graviter fallunt, in ipso tis. *Nauta, caup. & stabular.* Paulus JCTus actionem in factum, in zda editi hujsus parte propositam, in eodem hoc sensu utillem appellat, in L. 6. §. 2. ibi: *Nos puerat Pomponius, ejus nomine hanc actionem utilem futuram, ff. ds. ubi junges Bachovium, ad 7a πρωτα, pag. 1311. in fin. ibi: Nimirum hanc actionem, que datur contra campo- nem, negavit utilem esse Pomponius; quasi dicteret, tandem planè non pro- futuram, seu cum illo effectu instutu posse. Confer, omnino B. Dn. Schwen- dendöffer, in Exposit. action. forens. cap. 2. §. 22. ubi tamen in eo, quod hic etiam refert Legem ioffi de eo, quod certo loco dari oportet, propterea subfi- nimus, quod per utilem actionem nihil aliud, quam Prætoriam, hic in- digitari existimemus.*

## §. II.

Verbum, **Recipere**, quād varium in LLbus, itemque apud alios, etiam classicos, scriptores, habeat significatum, plena manu exequutus est Dn. Adrianus Beyer, in eruditia sua Dissert. de Receptu tam rer. quam per- sonar. parte i. per integr. Nempe, ut saltem unum alterum ve referamus, haud raro istud verbum accipitum activè, & idem insinuat, quod recuperate, etiam tropica phras, nācque haud insolenti, velut animari, aut animum recipere dicimus, wider zu sich selbst kommen/wider guthes muths werden; nonnunquam passivè, ut in illo Ciceronis in *Orat. pro Sexto Rose.* ubi telum rotō corpore recipere idem est, als durch und durch geschossen werden: Et in sensu juridicō denudū vel active, prout uxori suam dote, matrimonio solutō, recipere dicunt, in L. 2. circa fin. ff. de dote præleg. & uxor, præter bona in dote illata, & paraphernalia, quedam sibi specialiter, tum quoad dominium, tum administrationem, reservare seu recipere dicunt, quæ & inde receptitia nostris passim vocantur, & sic deinceps; vel in sensu passivo, & tum de rebus, quomodo res uocationem recipere dicuntur, vel si mavis admittere, in L. 9. de usurp. & usucap. tum de personis, ut quod arbiter ele-ctus recipiat arbitrium; tot. tit. de recept. qui arbitr. recep. & præcipue etiam de Nautis, cauponibus & stabulariis, quod ipsi res in nave, cau- ponam, vel stabulum immissas recipere censeantur, seu promittere, illas sal-vas fore, easdemque receptas restituere teneantur. tot. tit. nauta, caup. & sta- bular, ut recepta restituant. Ex quo etiam Actio de recepto nomen traxit.

## §. III.

Actio de recepto honoraria, seu Prætoria, quam appellat Ulpianus, in L. 3. §. 1. ff. *nauta, caupon. & stabular.* directa quid sit? sollicitè delineat

A. 3

B. Dn.

B. Dn. Lauterbach, in tract. synopt. de naut. caupon. & stabular. th. 17. De utili neque ille, neque alias quisquam, quantum nobis quidem constat, expresso hoc nomine suppeditat quidquam. Sed neque Romani Jcti, circa hanc actionem, de recepto quam dicimus, isto nomine utuntur; bene vero circa illam in factum actionem, qua ex quasi maleficio cauponam, stabulum, vel navem exercentium proficiscitur, eo utitur Ulpianus, in L. 7. §. 3. ibi: **quissimum erit, in exercitorem actionem utile dare. ff. nante, caup.** & stabular, de quo videlic Bachovium, ad primam part. Pand. d. tu. pag. 1503, num. 2. Quibus convenienter cum etiam illam de recepto (seu inscripto, ut candem appellat Anton. Faber, in rational. ad L. 2. ff. ht.) actionem, ex sententia & mente edicti Prætorii, quandoque competere nulli dubitemus, à tramite veri non aberraverimus, si eandem ita breviter definiamus, quod sit actio Præatoria, personalis, inheredes activè & passivè transitoria, rei persecutorin, stricti juris, & perpetua, qua non ex specificis verbis Edicti, contra nautas, stabularios & caupones propositi; sed solum ex præsumpti illius sententiā, per extensivam interpretationem, etiam ad alias, quā Edicto nominatim designatas, Personas ita porrigit intelligitur, ut & illæ ad res à le receptas restituendas, non minus, ac nautæ & cæteri, teneantur. Conferantur, qua habet ex egregiis in rem literariam meritis famigeratissimus Jctus, Dn. Samuel Stryke, in tract. de actionib. forens. inven. fig. Sect. 1. membro 9. §. 36.

## CAPUT SECUNDUM,

### De Personis, contra quas Actio utilis de recepto revera competit, & competere videtur.

#### §. IV.

**D**E hac Actione, an in Jure Romano vel unum illius habeamus exemplum? tū ex eo quā maximè dubium redditur, quod nec ullus Interpr, licet istam actionem ex professo examinet, & hos inter præprimis Johannes Oldendorpius, & Arnoldus Haesolt, post alios plures, qui peculiaribus universam materiam de Actionibus tractatibus illustrarunt, neq; etiam ex omnibus, quos inspicere nobis licuit, Commentatoribus ad t. de naut. caupon. & stabular. & nec ipse B. noster Dn. Lauterbach, cui etiam in hujus actionis examine tantum debemus, ullam utilis actionis mentionem injiciat: tū & illud præcipue in suspenso querentem, quod & illud exemplum, quod de Ratiū & Lintrium exercitoribus Ulpianus proponit, in L. 1. §. 4. ff. d. tit. sub ipsam directam de recepto actionem

etiam

Emne s, quotquot viderimus, videantur referre; & præferrim Bachovius,  
in commentar. ad primam part. Pandect. lib. 4. tit. ult. L. i. §. i. num. 7. ff. d. tit.  
N. C. Et fabular. Dn. Lauterbach, d. tratt. th. 35. Sed tamen rem paulo  
profundius penitus ibas non absone videtur sententia Fabri, qui tamen &  
ipse non ad eò apertè hoc profitetur, quod ipsa directa actio de recepto  
**contra Lintrium & Ratum exercitores** non competit; sed solum  
modò utilis. De lintrium quidem exercitoribus, quos Lintrarios no-  
ster Ulpianus appellat, hoc, quod ipsa directa actio de recepto adversus il-  
los locum obtineat, si in dicta L. i. §. 4. de his folis quereretur, non ad eò  
anceps videri poterat, cum inter designet tametsi non navem; attamen  
navicula, & sic speciem navis in vernacula ein Weidling / Schelch /  
Kahn / Schalippe &c. & dehinc quoque lntres fluviales naves, quæ re-  
mo aguntur, ex Juli Cæsar's commentar. lib. 7. describant Spigelius, Cal-  
vinus, & alii lexicographi passim; & his convenienter etiam lintrarios in  
nostra vernacula sic effera Anonymous, in Translat. dictæ Tractat. de jure  
maritic. circa contractus, die ceteris mit Kahnem und Schaluppen über-  
föhren. pag. 32. juxta illud Marci Tullii, in orat. pro Milon. ubi lintribus  
in insulam res convehi scribit; & ipsa Glossa lintrarios describit, quod sint  
illi, qui parvas naves habent & exercent, ut butos & busos vel scaphas, quas  
luntrarias, alias luntrarias vocati dicunt; ad d. L. i. lit. a. ad verbum, lintra-  
riis. Cum itaque Navis appellatione quævis navis designetur, non sal-  
tem maritima; verum etiam fluvialis, imo etiam stagnatica, & synedria  
seu schedia, ut disserit Ulpianus, in L. i. §. 6. ff. de exercit. act. de cuius va-  
riâ lectione consulatur Benvenutus Straccha, in tract. de navib. part. 1. n. 3.  
Andr. Alciatus, paragog. lib. 1. cap. 43. & in primis Schilter, in Praxis for.  
exerc. ad π. 27. §. 2. in fin. & dehinc quoque Baldus adstruere non dubi-  
tet, quod Statuum de navi eriam in navicula locum obtineat, ad d. L. i. §. De  
exercitoribus. ff. nauta. caup. fabul. Straccha, d. l. num. 5. cum magis & minus  
non variet speciem; L. ult. de instr. leg. quare dicta sententia, annon ipsa di-  
recta actio adversus lintrarios concessa censenda sit? multum dubii recipit.

## §. V

Et quod etiam ad **Ratum exercitores**, quos etiam à ratibus Ra-  
tarios appellant, ex L. 30. ff. de pignerat. att. sanè idem & de illis, ex eo  
principiū, videbatur dicendum, quod etiam Ratis navigii vicem præbeat,  
ceu inconditum & temerè factum navigium, ex Trabibus connexis, & abs-  
que fabrica compactis, constans; quale etiam primam navium speciem fui-  
sse, ex Bayfio & Peckio notat Dn. Fritsch, de jure gratia, cap. 2. num. 4. Et  
quod ipse Ulpianus etiam Rates in censum navium referat, patet ex L.  
1. §. 14.

I. §. 14. Nisi: *Navigii appellatione etiam Rates continentur, quia plerumque & Ratum usus necessarius est. ff. de flumin.* Quod & facit Lex I. §. 6. ff. de exercit. act. Addat. Straccha, tract. de navib. part. i. num. 7. Cum ergo Edictum à Prætore propositum generaliter de illis, qui qualemcumque navem exercent, conceptum sit, omnino exinde inferendum videbatur, quod ipsa directa, in disertis ejus verbis proposita, actio etiam ad ratum & lintriu exercitores pertineat; prout etiam aperte sentire videtur Reinhardus Barchovius, cit. loc. pag. 1298. in fine. ibi: *Et locutus est Prætor de exercitoribus navium: Sed quoniam eadem ratio est in his, qui in litem exercent, aut ratem, hi quoque hac in factum actione, si quid receperint, obligati erunt, cum præfertim ipsa continentur generali navis nomine.* Et male Faber simpliciter Ratem navem esse negat. *Et quidni igitur tantum magis ratus venire posse appellatione navis?*

## §. VI.

Quicquid tamen horum sit, nobis rectius & verius adstrui videtur, quod adversus lintrarios & ratarios saltem utilis actio de recepto obtineat. Cum enim Prætor disertis verbis de solis Nautis, sive navium exercitoribus loquatur; juxta proprium verò vocabuli, Navis, significatum aliud Navis sit, & aliud Ratis; arg. rubr. de incend. ruina, naufrag. navi, rate expugn. Nam & Festo autore Rates nihil sunt aliud, quam Tigna quædam inter se colligata, quæ per aquam aguntur, Glimmerflosse; notante Fritschio, de jure gratia, cap. i. n. 4. quas etiam Tullius à navibus distinguit, quando dicit: Cum navibus aut ratibus conarentur accedere, contra Verrem; & Nautæ notorice à navibus dicantur; non etiam à ratibus, à quibus econtra ratiariorum nomen traxit; proinde vix aliter dici posse videtur, quam quod, cum ipsa Edicti verba istos lintrium & ratum saltem exercitores nuncupatim haud continent, neque tales Ratiariorum, communis loquendi usu, Nautæ vel Navicularii (Jung. L. i. §. 3. N. C. & stab.) vocari consueverint, non ipsa directa, in verbis Edicti de solis Nautis data, actio de recepto contra illos obtineat: veruntamen, quia Mens & sententia Edicti, ab ejusdem Ratione, Causa finali, atq; Utilitate, quam Prætor intendit, procul dubio estimanda, in lintrium & ratum non minus, quam navium exercitoribus militari, inde nulli dubitamus, (sic ut etiam Ulpianus de alia utili actione pronunciat, in L. 17. §. fin. ibi: *Nunquam dubitavi. ff. de nuf. fr.*) quin etiam contra illos utilis actio de recepto locum obtineat. Quid enim hac in parte intersit, an quis navium, an ratium agat exercitorem, sive nautam, lintrarium, vel tantum ratarium? Eadē haud infrequester necessitas subest se & sua istorum fidei committendi, nec minor illorum, quam illorū, perfidia atque improbitas, ex eo, censerit debet, quod minori ad navigandum utantur navigio. Nam & antiquiorem usum ratium

ratium, extitisse, & potissimum eo tempore, quo naves maiores adhuc ignorabantur, frequentissimum fuisse, nonno facile contradixerit; ut ferè his apłis dieris formalibus Antonius Faber, in rational. ad L. i. §. 3. ff. nauze, cap. 3. statul. Petr. Peckius, ad L. 4. de incend. raina, naufrag. Gothof. Christianus Leifer, in tract. de prædis, lib. 3. cap. 35. n. 4. ubi, ad demonstrandam hanc usū ratium antiquitatem, exemplum Hirami Regis Tyri adducit, ex l. Reg. cap. 5. & II. Pardip. 2. & 16. Cum quo tamen jungenda, que etiam de navibus ejusdem Regis ex Insula Ophir (Quam alii in India orientali, & alii in occidentali querunt, notante Welshio, in proflas. suis itiner. & Dn. Flantrio, de interpret. Sacra Script. Orac 12. pag. 282. & sq. alii insulam Zeylon, cum Oleario, in addit. ad Mandelstovis itiner. Orient. lib. 2. cap. 12. pag. 148. & lib. 3. pag. 203. vulgo insulam Peru designare existimant, quos hoc nomine prenat Lanfius, de princip. provinc. Eur. in Orat. pro Hispan. pag. 473. & sq. An recte videat Dn. Artopœus, in eleg. philologemate hisp. de Termino navig. Ophirica Salomon. §. 3. & sqq.) aurū & alia pretiosa asportantibus legunturz. Paral. 8. v. 18. Qui plura de his in compendio videre & scire desiderat, aedat Gryphian. economicor. legal. lib. 1. cap. 25. n. 12. eum sqq. & de insul. cap. 19. n. 5. & sq. ibid. laudatos. Tralatitudine autē est, quod in cuius ostionis formatione Llatoris mens & verba non concurredunt; veruntamen Ratio in ipsā Lege manifestata, in qua tota ejusvis ac potestas est polita, L. 17. juncta L. 10. & L. 13. ff. de Lbb. L. 6. §. 1. ubi vulgo DDres. præcipuū Goeddæus ff. de V. S. haud obscure adest, ibi actio non directa & utilis obtinetur. Anton. Negusianus, in tract. de pignor. & hypoth. part. 8. membro 1. num. 5. ex Bartolo & Angelo B. Dn. Frommann. in Differ. inter action. nativ. & dari. lib. 7. Eandemque sententiam ipse etiam Ulpianus modò non exprefissimis, nonsaltē de Ratiū, verū etiam de Lintrium exercitoribus, verbis insinuat, dum in sēpē laudata L. i. §. 4. ff. dicit. primò lubens profiterur, quod de exercitoribus ratium, itemque lintrariis, in edicto Prætorio, nihil **caveatur**, quasi diceret: Expresso Edicti Prætorij verba de his non sunt concepta; & deinde non solū ad doctrinalem, quam vocamus extenſioram, vel, si specialiori utendum vocabulo, comprehensivam communīcō vocamus. (Jungat. Frantzkius, ad tit. 20. de Lbb. num. 43. Hahnianus, in opusc. anr. ad §. De indaganda. &c. pag. 244.) sed & ad usualem, fīc tacitam authenticam interpretationem his formalibus provocat: Sed idem **N.B.** constitui debere, Labco ait, & hoc jure utimur; in dicta L. i. §. 4. ff. d. tit. Addat. B. Dn. Lauterbach, dicta tradat. de nautis, eau por. & statular. lib. 35. in verbis: Et Labeo quoque & Usus hoc approbavit. jundis iis, quæ in simili ab Eod. traduntur intr. syn. de leg. ly. oib. §. 12. n. 73. Joh. Otto Tabor, in Recensat. criminis 7. ad tit. ff. Furii adv. naut. §. 7. ibi: De exercitoribus

rat.

ratum, item quelyn rariis, i.e. quis lynxes, natis fluvialibus genus, agunt & exercent sive parvas scaphas, nihil equidam editio cavitur; sed idem tamen servandum esse Ratio suadet. tot. oper. vol. 2. pag. 191.

## §. VII.

Ex his itaque si non manifeste patere; tamen valde plausibile hoc reddi arbitramur, quod & haec, de qua querimus, utilis actio de recepto in ipsiusmodi LLbus latius fundata, neque Juris veritatis hoc adserendum adveretur, quod contra illos, qui rates tantum aut lynxes exercent, non directa; sed utilis actio locum obtineat. Ceterum nemini hanc sententiam velimus obtrudere, tantoque lubentius eiuslibet libero relinquimus arbitrio, an directa, an utili contra illos ratiarios & litrarios actioni locum malit tribuere, cum, quoad effectu & usum practicum, inter illam & hanc nihil prorsus intersit; juxta generalitatem Legis anteposuit, de negotiis, in cuius, ex se satis certa & aperta, interpretatione quamvis misera in diligentiam nonnulli impenderint, videre est apud Dn. Joh. Bernhardum Frisium, in Discov. de actio-  
ne uith. ferre per integr.

## §. IX.

Adversus **Tabernarios**, intellige non illos, qui in tabernis, sive suis officinis, in quibus opificia exercent opifices, atque variae metces & species venduntur; jungat. l. 23. ff. de instr. vel instr. leg. L. 5. §. 7. ff. de instr. all. verum illos, qui vinarias aut cerevisiaris tabernas exercent, &c. ut plerumque in publicis diversiori fieri adsolet, vinum aut cerevisiam quibuscumque intrantibus viatoribus, peregrinis & civibus vendunt, atque ita quosvis hospites promiscue recipiunt, welche Wein oder Bier oder beydes aufzupfen und nicht nur außerhalb ihres Hauses verkauffen; sondern auch sogen. De Gäste halten; ex descriptione Davidis Mevin, ad Ins. Lubec, pars 3. in. 12. artic. 12. num. 14. Donati Anton. de Marinis, in Deco. Reg. Camera Neapolit. Dec. 311. n. 2. in verbis: Sive in tabernis vinum vendetur comedientibus & bibentibus, sive alii non comedientibus, nec bibentibus; utrum etiam locus patet actioni de recepto, directe vel utili? non satis expeditum est. Sanè cum Anno 1693. Judæus quidam tam cerevisiarum tabernam intrasset, vinumque sublimatum, in vernacula Brantenvine ibidem bibisset; dein vero suo sacco, scanno superimposito, suo capite incumbens indormisset, nec sub suum discessum, de ullo suarum in tabernam illatam rerum defectu, vel minimam erga quenquam querelam movisset; totò vero biennio abinde elapsò quo rurundam linteaminum, ex suo sacco per quosdam milites, eò tempore pariter in taberna præsentes, surteptorum jacturam in judicium deduxisset, & hanc à Tabernario refarciri peñisset; hic vero tum illud, quod, cum ipse non publicam exerceat capo-

nam

nam, einen öffentlichen Gashof, & mit Aufhängung eines Schildes; sed solummodo tabernam cereviliari. m., eine blosse Bierschenke; inoē Actio de recepto contra se non obtineat, tūm & illud, quod Judæus suæ ipsius mantice suo capite incubuerit, den Pack unter seinem Kopf gehabt/ juncta L. 3. §. 1. ff. nanta, caupon, stabular. tūm & hoc, quod Judæus, ex taberna discedens, nihil desideraverit, tūm illud, quod sibi ex facto militum nulla culpa imputari queat, quippe quotum ministerio ipse usus non fuerit, à Dominis Jenensis ita pronunciatum refert excellentissimus & de Jurisprudentia nostra meritissimus Dominus de Lyncker: Dāz / wann gleich der Jud den Verlauff beschreinen oder beschwöhren würde/ Caupo tamen tantum de eo tenetur, dāz es das stück, so der Reuter einer seiner Tochter vererbt/ juzahen schuldig; de cetero aber zu abolvigen sey; in Deco. Jenensis. centur. 6. Decas. 32. Cujus decisionis princeps ratio in eo videtur posita, quod, ejusmodi tabernarios, die Schenkwirths/ Krüger quoslibi appellant, David Mevius, d. L. Ludov. Diethe. in addit. ad Spec. Speidel. vocab. Wirth, de Recepto non teneri, ipsa hujus decisi inscriptio insinuat. Eidemque sententia, ex eo cumprimis, subscribendum videbatur, quod iusmodi oenopolis & zythopolis viatores hospitio, ad cubandum seu pernoctandum, excipere haud licet; quod & harum terrarum Serenissimus Llatoz enixè constituit in Ordinatione Provinciali, tit. 10. pag. 226.

§. 2. in verbis: Niemand/ausserhalb des offenen Wirth/ solle fremde Leuthe behaußen/ oder beherbergen, &c est. sq. 130. pag. 253. §. 15. ibi: Wa einer müste/ dāz jemand ausserhalb des Wirths/ fremde Leuthe enthielte &c. Ex quo etiam tabernarios à cauponibus passim in eo distinguunt, quod tabernarii dicantur illi, qui recipiunt comedentes, non qui hospitantur. Menoch. cos. 193. n. 28. §. 22. Steph. Gratian. Disc. forens. cap. 898.

u. 2. Augustin. Barbola, de appellat. verbis. Iuris signific. vocab. Taberna. Cum itaque in talibus potissima Ratio, qua Pritores ad hoc Edictum permovit, ne materia daretur, cum Furibus, contra eos, quos recipiunt, coendi, L. 1. §. 1. ff. nauta, camp. & stabular, cessare videatur; quocirca & hoc, quod nec hujus Edicti sententia & mens in ipsis obtineat, consularium videbatur. Econverso Petrus Peckius ita satis generaliter de quæsito hoc sentit, quod, quamvis NB. exprestè de Tabernariis, in edito de nautis, stabulariis & cauponibus, per Jtos, quoad definitionem, nihil de- cisum reperiatur; tamen nullum sit dubium, quin etiam illi ad Edictum pertineant, addens, licet tabernarii dicantur illi, qui negotiations in tabernis faciunt; taberna autem sit, in qua merces venduntur; ( Addat. omnino de isto vocabulo Joh. Goeddeus, ad L. 183. ff. de V. S. ibique Rebuc-

fūs, pag. 206. & sq.) tamen vulgo nunc obtineat, ut tabernam tantum ad  
 Vinaria referamus, ubi nemo ad cubandum stabulandumque recipitur;  
 ad L. 1. §. **Cauponæ autem. num. 5. ff. d. tis.** Quibus verbis à Peckio potius  
 utilis actio, quam directa de recepto, indulgeri videtur. Sed, cum etiam  
 talistaberne vinaria & cerevisariae exercitores sub nomine cauponæ  
 contineri dicat Mevius, ad **fūs Lübec. lib. 3. tit. 12. artic. 12. num. 15.** in  
 verbis: *Oenopole nūnūtāim vīna vēndentes sub voce cauponām cōtinē-*  
*nur.* Addat. Ord. Prov. Würtemb. pag. 212. in verbis: *Gastgeben / Wirthens*  
*Weinhischen / oder andern Stubenmeistern und Knechten.* & pag. 71. §.  
 3. *infus.* in o nomen cauponæ à nonnullis ad sola illa loca restingatur, ubi  
 sola potulenta venduntur; non etiam hospites, prout in diversorū, man-  
 guli recipiuntur; quod tamen retunditur per L. 3. §. 1. Et tot. tit. naute, cap.  
 3. **ff. 1. ul.** Jungat, Salmas. de *vīsr.* pag. 349. & 351. Leiser. oper. *Georg.* lib. 3.  
 cap. 19. n. 19. hincque etiam Duarenus tabernarium cum cauponæ eundem esse  
 dicat; ad tit. *ff. 10. C. & ff. 1. tabular.* Diether. d. l. quo circā & hoc, utrum utilis  
 tantum, an verò ipsa directa actio contra illos obtineat? non planè extra du-  
 bium positum videtur: Illud autem omni dubio arbitramur carere, quod in  
 genere ista actio contra talistaberne non minus, quam alio taberna caupo-  
 niz exercitores, militante in omnibus eadē ratione, cum etiam ab illis, quæ  
 ac à cauponibz, inumeras fraudes admitti solent, nuncupatim advertat lau-  
 datus Leiserus, *dictio tract. cap. 20. n. 17. ipsoſq;* non minus, quam majoris ho-  
 spitiū exercitores, non raro fures esse, furumque receptatores, ex Baldo &  
 Angelo notet Petr. Rebuffus, ad *Conſtit. regni Galliar.* tract. de mercatoribz  
 ministrat. vendentibz. *glossa* p. pag. 440. Furtumque non minus interdiu,  
 quam noctu, committi posat, à Pratore concessa intelligi debeat, cum  
 B. Lauterbachio, *dictio tract. ib. 32.* Arn. Vinnio, in *addition. ad Peckium.*  
 d. loc. Müller. ad *Strauß.* ex. ad n. 5. b. 110. lit. f.

## IX.

Ex p̄missis pleno alveo promanare videbatur, quod, cum etiam **Po-**  
**pinarii,** sive artis magitiae exercitores, quos nuncupat Klockius,  
 de *trar. lib. 2. cap. 10. num. 5.* jung. L. 18. §. 1. ff. de *ff. 1. Ed.* in vernacula Gor-  
 lōche / ut & **Cupedinarii,** pariter varij generis esculenta, potulenta, con-  
 dita, julepos, aliaque similia gula irritamenta omnibus vendentes, Jungat  
 omnino Anton. Sela, ad *Conſ. Duc. Sab. tit. de tabellion.* & notar. ad *libr. 3.*  
*decret. cap. 40.* pag. 208. & seqq. Joh. Gryphander, *con. legal. lib. 1. cap. 28. n.*  
 26. & seqq. itemque moderni illi **Capitez & Theze Veadiiores,** Gallic  
 Caffetiers, suas etiam popinas seu tabernas coquinarias, aliaque simili-  
 bus, sum pro necessitate, vel tuendis yaletudine, comedentium & po-  
 tentium,

tantum, tūm & haud infrequenter bibulorum, ergastula (que vocat  
 Joh. Nicolaus Pechlinus, Regis Danie Archiater, in suo dialogo de pa-  
 tria Thee, pag. 18.) sive cupadipetorum, novellistarum (licet nobis Basili  
 Celsus) (odlitu amantium, sapè etiam lusorum atque aleatorum, plu-  
 riūque aliorum suis dies otiosè consumere solitorum receptacula publi-  
 cè exercere consueverint, eademque ad res seculè immittendas idonea pro-  
 mittente intelligentur, tūm & eadem hīc pericula, quæ in aliis diversorū, à  
 turibus metuenda sint, idè & ad illos, si non directa, saltem utilis actio de-  
 recepto pertineat. Sed an ista sententia nullum obicem illud ponat, quòd  
 illos, qui solis cupedia inhant, heluones, lurtones, lusores, aliquaque simili-  
 lia inutilia terræ pondera, & suarum facultatum dilapidatores, qui non unā  
 in Anno vel alterā vice, sua recreacionis causa, cauponas invisunt; (Cujus  
 generis personis favor hujus Edicti unq̄ haud denegandus. Sed hanc quasi  
 ordinariam atque quotidianam vitam agere adsolent, nulla alia Necesitas,  
 quam attracta, quam dicitant, sive maximē culpos, sumūque in gradu vitu-  
 perabilis, in quam ipſi se conjiciunt, ut loquitur *Lxxvij. S. ff. de his, qui satid.  
 cogunt. ad fidem illorum sequendam adigat;* imò tales nec omnes ad ho-  
 spitalem receptionem admissibiles videantur: jungat, Ordinat. Provinc.  
 Wurtemb. tit. ii. §. 2. Et ult. Müller, ad Struv. ex. ad π. 8. i. b. 106. lit. e. haud  
 parum scrupuli arbitrantur subesse. Et maleamus profectō, si modò liceret,  
 tales temporis fures, hoc insigni Prætoris, in viatorum, vectotorum, & hospi-  
 tum singularem favorem introductō Beneficiō nullatenus dignos, ab ejusdem  
 praefidio omnino excludere; ceu & ipſi in votis nihil magis habentes, quam  
 ut omnia hujusmodi luxuria fomenta, in quibus gula irritamenta submi-  
 nistrari, & pecunias exauriri, & libidini viam sterni, verissimē pronuncias  
 Valer. Maximus, lib. i. cap. 7. à cordatis & pīs rerum gubernatoribus ef-  
 ficaciter tollantur atque exterminetur, cum Phil. Knipschildio, de juri  
 Civit. Imper. lib. 5. cap. 13. n. 22. & ejusmodi helztones, sive Clerici, sive Lai-  
 ci, condignis poenis afficiantur, quales exhibet Klockius, d. lib. 2. cap. 18.  
 n. 10. Ludov. Peguera, Decisi. 44. n. 10. Addat, omnino Ordinat. Imp. Po-  
 lit. de Anno 1548. tit. von eischen Articuln/ darinnen den Obrigkeiten  
 Ordnung für zujemmen befohlen wird. 5. Ferner haben wir, & que ex Sta-  
 tuis hujus Eberhardinae, Novaque Serenissimi Dn. Ducis Friderici Ordin-  
 natione notat Dn. Lauterbach, de A. C. & stabular. §. 12. Sed quo minus  
 in istam sententiam transeamus, nobis obstant quāmplurima. Primum hoc,  
 quòd illi magistris rei exercitores tabernam exercant non utique aliam,  
 quam cauponariam, ut & ceteri huic similissimam; ut adeò Regula Legis  
 10. & 13. ff. de Lib. L. 32. ad L. Aq. vir declinati posse videatur. Nam quòd  
 si tam illi, qui popinan tantum, seu ganeam exercent, generali Cau-  
 ponum

ponum nomine comprehendantur, in individuo determinae Peguerā, d.  
**Dosis.** 44. num. 1. & sqq. de quo tñ, plura videri possunt ap. Gryphiandr. *acon.*  
*legal.lib. 1. cap. 28. n. 36. 71. & sqq.* Menoch. Gratian. & Rebuff. *locis supra in-*  
*th. 3. additiss.* adò & ipsi, plerumque suspensā publicā hederā, promittere  
 videntur, res à quovis in talē tabernam illatas fore salvas ac tu-  
 tas. Sed & s̄tio, illa, que proximè retulimus, gula mancipia, licet non  
 s̄què facile, & tam frequenter, cauponas majores, ac illas minores; tamen  
 haud insolenter etiam illas invifunt, gulaq; & genio in illis indulgent. Nam  
 quōd etiam majoris diversorii seu hospitiū exercitores, (quis itā appellat lau-  
 datus Sola, c. 1. pag. 297. ibi: *In hospitiis antea magnis*) re cauponaria, quam non  
 utiq; voluptatis; sed necessitatī causa omnes in universum exercere debebant,  
 jx. ea, que de his commentatur Caspar Klockius, de ar. lib. 2. cap. 19. num.  
 11. ibi: *Diversiorum, cauponarum, panorum, & popinarum institutio-*  
*nem Necessitatis vancam esse;* non Voluptatis: frequentissimè abutantur,  
 turpis sui lucelli caufa assimiliter heluones atque Murcie cultores pro-  
 miscuē receptando, iisdem edulia, instrumenta luxuria, luxuriae & luxus  
 præparamenta, aliaque similia voluptatis subsidia subministrando, jam o-  
 lim divinum advertisse Platонem, & dehinc saluberrimas quasdam LL. con-  
 didisse, pater ex ejus lib. de Lb. 11. & gravissimè in hos invehitur Pegue-  
 ra, d. Dec. 44. n. 10. Klockius d. tract. lib. 8. cap. 18. num. 7. & cap. 19. num.  
 12. cum sqq. si que Pellerus, in addition. Sicū igitur contra hos ipsam etiam  
 directam de recepto actionem nemo facilè denegaverit; ita nihil vide-  
 mus, quod ejusmodi minoris, seu popinaria, seu cupendaria, seu caphearia  
 taberna exercitores minimum ab hac utili actione de recepto, ejusdemque  
 effectibus eximere valent; s̄què ac quoad illos, qui magnam vel parvam na-  
 vēm excent, vel ratem tantum, superius firmavimus; quibus porrò  
 addenda, que signanter de scaphis & caribis differit Joh. Grypiander, *acon.*  
*legal.lib. 1. cap. 25. num. 9.* Et qua, qd. iuridica seu solidā tatio adserri va-  
 leat, quōd minoris tabernæ, à quā sapè plus mali, quam à pu-  
 blico & majori diversorio, metuendum, exercitores melioris, quam  
 majorum, debeat conditionis esse? qd. si hanc sententiam vellemus  
 admittere, quōd minorum tabernarum exercitores sub sententia Edicti non  
 comprehendantur, quam ampla & plana hujusmodi luxuriae & luxus mi-  
 nistris pro arbitrio surandi præberetur occasio? Maximè, cùm exclusa  
 actione de recepto, ipsi ne quidē de lata & levi culpa, nedum ergo de levissi-  
 ma respondere tenerentur. Actio enim locati, nisi hospes specialiter custo-  
 diam conduxit, contra illos vix competit; Jungat, Welschb. ad t. 1. N.C. &  
 ftabul. n. 6. Manz. ad §. fin. n. 10. 7. de O. ex qua si del. Capri. p. a. C. 25. D. 10. n.  
 6. & 7. Haec solle, in adversar. de Allion. Alt. 27. n. 5. in verbis: *Hanc non si ex*

con

**Conventione comparsa**, que plerumque non intervenit.  
 pag. 118. De depositi actione, que solum datum & culpam latam notoriè  
 vindicat, L. 32. depos. L. 29. de R. Jur. vide porrò Müller. ex. ad t. 21. l. 36. lit. a.  
 & Anton. Gomez. V. R. tom. 2. cap. 7. n. 2. ibi : *Licit secundum rationem alicuius*  
*officii. Sexto, si etiam Futibus, raptoribus, & latronibus, res furtivas,*  
*vel vi creptas apud aliquera deponentibus, vel easdem alicui pro cer-*  
*ta pensione seu mercede locantibus, vel gratis conunodantibus, vel*  
*precario concedentibus, ex his ipsis contractibus fluentes actiones*  
*omnes accommodantur, L. 1. s. 99. L. 31. ff. depos. L. 64. ff. de ju-*  
*dic. L. 16. ff. commod. L. 7. L. 9. s. fin. ff. locet. D. Lauterbach, in tract. sy-*  
*nopt. tit. commod. l. 11. n. 5. Müller, ad Struv. exere. ad p. 21. th. 36. lit. p.*  
*Tholosian. in Syntagma. Jur. univ. lib. 23. cap. 3. n. 9. quidni etiam in talibus,*  
*licet parum favoris merentibus hospitibus idem etiam de hac nostra actione*  
*de recepto pronuntiemus hanc dictam L. 32. ad L. Aguil. Neque enim hoc*  
*modo ex sua luxuria atque improbitate, sed contractu, vel quasi, ac-  
 tio-*  
*nem acquirunt. Neque, 7mo, illud, quod ejusmodi heluones nulla alia,*  
*quam culposa, ad invilendam talis generis tabernam necessitas adigat, ad*  
*excludendam directam, vel utilem, de recepto actionem videtur sufficere,*  
*cum ipsem Prator non praecisa & ubi vis talem hospitem, viatorem, vel*  
*vectorem requirat, qui natus stabularii, aut cauponis fidem sequi prae-  
 cis- & semper necessarie habeat; verum hoc saltem dicat, quod Vecto-*  
*res & Hospites illorum fidem sequi plerumque tenentur; in L. t.*  
*S. 1. ff. N. C. & stabular. His subnixi rationibus non saltem adversus cau-*  
*pone popinarie, & cupedinarie exercitores, si non ipsam directam, mini-*  
*mum tamen unijem; sed & illis Theophilis & Capheam amatoribus, cum istos*  
*potus ab Indis, Chinenibus, & Arabibus acceptos, & jam etiam nobis*  
*propemodium domesticos, plena passim librorum ab insigni earundem, in*  
*intenda valetudine, ferre agmina commendent; Licit ali etiam, ceu in-*  
*uniles, rejiciant; prout ista eruditè & bellissimè exequitur excellentissimi*  
*judicij Medicus, Fautor noster colendissimus, Dn. D. & Prof. Elias Came-*  
*rarius, in eleg. Dissert. de h. u. & abusu potuum Thea & Coffe in his regionib.)*  
*contra talis caphearis taberna exercitorem actionem de recepto utilem*  
*competere persuasissimi sumus, bene memoræ, quod etiam in hoc nostro*  
*Ducatu ita fuerit judicatum.*

§. X.

Aliquanto majoris difficultatis illa Quæstio videtur: Utrum hanc  
 utilem de recepto actionem etiam **contra Mercatores, seu Propolas**  
**caestrenses, die Marchienter/ porrigere licet?** Et tametsi pro affir-  
 mativa sententia complures Rationes semetiphas ostentent; ne tamen nos

quis-

quisquam, vel ex sibi nativa, etiam absque rationibus, quibus succi quid  
in sit, aliis contradicendi, vel ex aliâ eruditâ, nedum viris Christianis pro-  
brosâ prurigine, nimis, in hisce novis, eousque à nemine saltem tactis quan-  
tionibus definiendis, audaciae insimulet, altiori aliorum acutius viden-  
tium indagini, cum ceteris, etiam hujus articuli decisum telinqvimus.

## §. XI.

**Adversus Horrearios.** quorum mentio fit in L. 5. §. 3. ff. *de his,*  
qui effud. vel dejecter. L. 5. ad exhib. L. 60. §. fin. ff. locat. hæc actio pariter  
competere videtur, juxta ea, que tradit Joh. Sichardus, ad L. i. num. 5.  
*Cod. de locat. & probare videtur Andr. Wegen, de locat. conduct. cap. 3. n. 9.* Addatur in puncto de horreariis itâ definitens Johann-Ludov. Behrensi  
in sua inaug. Ao. 1670. Argentorati habitâ, *de jure clavium*, tb. 34. Sicut  
autem vox, Horreum, in nostris libris varia significat, non solum frumentariorum; ut in L. 60. de aq. rer. dom. verum etiam Vinarium; L. 7. verbis:  
*Horreum vinarium. ff. de instr. vel instrumento. leg. L. 12. §. 39. & 4. sqq. L. 20.*  
*§. 8. ff. cod. L. 2. Cod. de peric. rei vesc. penuarium; L. 3. ff. de penu leg. &*  
mercatorium, advertente Tabore, i. tract. de metat. cap. 3. artic. 2. n. 3.  
*circas fin. imò etiam rerum pretiosissimarum depositorum seu conditorum;*  
*L. 3. §. 2. ff. de offic. prof. vigil. Votius, ad tie. in quib. cans. P. tac. contr.*  
*§. 3. Ex quô horre nomine frequentius denotari Apothecas vini, mer-  
ciuum, pignorum, instrumentorum, omniumque mobilium, evincit Lex*  
*privi, in verbis: *Siquis ex argentiariis habet instrumentum in horreis, ff.**  
*de edendo. Lex 19. §. 2. ibi: Sed tabernulum, pergulam, horreum conductus,*  
*ff. de j. die. L. 74. in verbis: *Mercium in horreis conditarum. ff. de contr.**  
*empr. L. 9. §. 6. de acquir. rer. dom. §. 45. Inst. cod. L. 55. princ. L. 60. §. fin. ff. loca-  
ti. L. 21. §. 6. ff. de furt. L. 30. §. 4. ibi: *Pondus argenti, quod in illis horreis ha-  
beo, ff. ad L. Falcid. L. 9. in verbis: In horreis pignora deposita. Cod. de pigne-  
rat. &c. Itâ etiam ipsum Horrearii nomen non unum ubivis habet significa-  
tum; sed interdùm ipse horrei, sive talis apotheca locator & dominus, us  
in L. 60. §. fin. ff. d. tit. interdùm verò illius conductor cō indigitatur; us  
in primis in ead. L. 5. ult. videre est; ubi primò hoc nomine denotatur Lo-  
cator, deinde Conductor; prout optimè ibidem advertit Glossa, lit. g. & K.  
Addat. L. 5. §. 3. ibi: *Si horrearius aliquid dejecterit, aut conductor apothea-  
ca. ff. de his, qui effud. vel deject. L. 5. princip. ad exhib. ubi potius ho:reido-  
minus, quān ejus conductor, denotari videtur; licet aliter videatur An-  
dreas Wegen, d. num. 9.* Quod autem hic ultimus significatus, quō con-  
ductor hoc nomine indigitatur, non pertineat huc loci, res ipsa loquitur.  
¶ Crum verò talis horrei locator & dominus actioni de recepto obnoxius**

lit? planè non expeditum est. Sichardus, ut diximus, hoc ipsum ex eo affirmare videtur, quod sub nomine horrearii ipsos etiam nautas, stabularios & capones comprehendit, d. num. 5. verbis: *Noradum ej. horrearium, sub eius nomine complectitur capones, nautas, stabularios &c.* Sed cum utique horrearius neque stabulum exerceat neque caponam, capropter, hoc respectu, id adstruere non possumus. Sed cum portò Sichardus isto nomine etiam illos indigitet, qui in magnis emporiis, v. grat. Francofordia, peregrinis mercatoribus, horreum vel cameram, pro mercibus suis ibidem reponendis, locare adsolent, & nundinis finitis à mercatoribus, ejusmodi cameræ, vel tabernæ conductoribus, suam domum repetentibus clarem recipient, quoicird, an saltem adversus illos utilis actio de recepto locum fortiori? adhuc videndum. Et si quidem mercator vel alius civis Francofurtensis talem cameram, vel horreum locet **in statu cauponis**, stabularii, vel nautæ, tunc ipsum omnino etiam rerum custodiā, sive summi diligentia recipiebat exsistens laudatus Sichardus, d. num. 5. ibi: *Sic enim ratiō potest horrearius in se suscipere custodiā ipso fallo, quamvis nihil dicat, ut si recipiat claves ad eas cameram vel horreum, quod locavit in statu cauponis, nautæ, & stabularii.* Quod jam ante Sichardum etiam Battulus docuit, ad d. L. i. num. 1. in verbis: *Et hoc est verum, si ipsi recipierent res ad similitudinem nautæ, cauponis, stabularii.* Tunc enim videntur custodiā rei promittere, qua premisso facit enitemeris levissima. Nos tali in casu ordinaria locationis contractum celebrari, & si quidem horrearius totum horreum locaverit, sic, ut ipse pro parte id non inhabitet, tunc ipsum tantum ad levem culpam obligatum arbitramur, nisi se specialiter ad mercium custodiā, sumimamque in illis custodiēs diligentiam, conductori obstrinxerit: per L. 60. §. fin. in fact claris his verbis: *Rerum custodiā, quam horrearius conductori præstare deberet.* locatores NB. rotorum horreorum horreario præstare non debere. ff. locat. junctis illis, quæ in genere de locatōis obligatione tradit Dn. Lauterbach, in tral. synopt. sit. locati cond. §. II. n. 17. co quod ita neminem oporteat esse alterius custodem. Baldus, ad L. i. n. 1. Cod. de locat. Si vero horreum pro parte ab ipso inhabitetur, &, foribus horrei omnino illæsis, rei in illo repositæ fuerint furtiva surrepta, ipsum ad rerum premium præstandum generaliter quidem obstricatum pronuntiat sacerdicia Lex 1. Cod. de loc. eo quod eundem furtiva ablacio, vel ab ipso locatore, vel ab ejus familia, vel saltem ipsis negligentiā facta existimetur. Joh. Brunneman. ad d. L. post Nicol. de Matarellis, Baldus, s. l. Sed an hoc generaliter ad-

miti oporteat: ipsi valde dubitamus cum laudato Brunnenmanno, s. l. præ-  
 primis ob valde notabilem tx. in L. 4. ubi primò **facultas custodes ex-**  
**hibendi locatori conceditur, & hoc factò, ille penitus immunis & liber**  
**pronunciatur;** & de **Custodiae præstatione notabiliter additur, quod**  
**dominus idemq; locator horrei tūm demum ad illam obstrictus, si eandem**  
**nominatim conductori re promiserit.** Cod. de losato. ibid; Brunnenman-  
 nus. Hincde eo in specie maximoperè dubitamus, an à tali horreario præstari  
 oporteat etiam culpam levissimam: idque non solum in casu, si ejusmodi hor-  
 rearius clavem cameræ vel horrei ad se non receperit; ubi planè hoc nega-  
 mus; verum etiam tunc, si ille claves, vel hinc involutas, & ob signatas, ut  
 nonnulli id faciunt, vel planè liberas & non ob signatas ad se receperit. Necq;  
 enim Conductoris singularis confidentia in bona fide & industria locatoris  
 hoc in genere operatur, ut diligentia ab hoc præstanta capiopter augeatur.  
 Nec locator se ulterius, quam de jure tenetur, propter hanc conductoris sin-  
 gularis confidentiam, obligare voluisse præsumi potest. arg. L. 4. ff. de usur.  
 Vide tamen Siehardum, c. 3. Behrens d. Disp. de jure clav. s. b. 34. in fin. Illad  
 autem apud nos s. Zay w. vior videtur, quod nostræ actioni nullus locus hic pa-  
 reat; per ea, qua tradit Dn. Lauterbach. d. tract. th. 24. Annon verò è diverso  
 adversus illos, qui, in majoribus præcipiū emporiis, publicis ædibus  
 mercatum, sive mercimoniorum, **Rauß Weich und Waaghöns**  
**ken** præsumt, sive Domini omnis generis mercium appulit atque deposi-  
 tionis, ad quam assidue quotumcunque mercatorum merces, per maria  
 & flumina navigabilia allata, protrahuntur ac deponuntur, de quibus vi-  
 deatur Johannes Marquardus, de jure mercator. lib. 2. cap. 6. num. 40. C. 99.  
 Addat die H. Fürstl. Würtemberg, Crämer Ordnung, artic. 7. §. 2. §. Wie  
 gebiethen, ibi: Soll in den öffentlichen Kauß und Waaghäusern, itemque  
 adversus Forti vinarii, in compluribus Civitatibus Imperialibus, v. gr.  
 Ulm, Ratisbona, Augusta, constitutis Inspectores; nec non contra cum  
 qui tali publico horreo præst, in quo rustic & alii, in nundinis hebdoma-  
 parisi, an denen Marchtägen / wann die früchte überföhret werden, oder  
 sonst die Kaußere dieselbe in allzugerinem Preiß von den Bauren haben  
 wollen, vel frugum domini easdem, etiam ob alias causas, vendere nolunt,  
 aut nequeunt, illas deponunt, wann sie im Kernhaus die Früchten aufstellen;  
 qualis horre in pectorum nos einen Haushälter / Kernhaushälter  
 appellamus, haec actio obtineat? altioris indaginis questio est, que fa-  
 pilius, quād in illis tabernæ duntaxat mercatoris locatoribus, affirmando vi-  
 cebatu r, eo quod frugum Domini, in hoc maxime Ducatu, per varias Serchis-  
 sim

simi Conſt. suas fruges in tale Civitatis Praefecturalis, der Ampt & Statt Horreum publicum, unter das Kornhauß/præcisè deferre, ibidem vendere, &c, venditione non procedente, tantu[m]per deponere, ſicque bona vel male Horreati fideiſe committere reneantur. Conferat, Ordinat. Provinc. Würtemberg, eis. 58. Sed, cum illi, qui talibus publicis ædibus preſunt, nec cali, nec tantæ, ac nautæ, caupones & stabulati, improbitatis, & colludii cum furibus ſuspicioni ſubjeant, ipſoſque non ſaltem, tali muneri admoveados, antea[m] vita probitatem magistratui, vel rei mercatorizæ, directoribus oppido[m] commendare; fed & ipſos gravifimo corporalis ſacramenti nexu ſe obſtrigere oporteat, ut Nautæ, stabulati & caupones, à quibusvis, in tali publica domo vel horreo, suas merces deponentibus, pro ſeipſis quaerendi lucri vel quaſtus cauſa, hoc, quicquid eſt, ſibi concreti muneris, in promiscuā mercium receptione, profitentur, quare nec contra illos noſtræ utili actioni locum poſſumus adſcribere. Conferantur ad majorem horum illustrationem, quæ in genere de Horreū ſignificatur, cum in primis de vastissimo tali horreo mercatorio in Emporio San-Germanico, quotannis, mense Februario per XV. dies, magnis ſumptibus adornari, & ſanctissimæ, adverſus piaſionias manus, per probatos cultodes obſervari conſuetο, notabiliter tradi: Antonius Mornacius, ad d. L. 4. Cod. de locato & cond.

### S. XII.

Affine his eſt, ut de illis, qui rem balneariam exerceant, vel the offene gemeine Badſtuben halten, utrum etiam contra illos utilis Actio de recepto iuriu locum obtineat? diſcipianus. Sanè Balnea publica, ſi cum ſolliciti inspectione, cuiaq[ue] virtutis ac decori habeantur, prout curam illorum Magistratibus incumbere ſollicitè ſubmonet J. O. Tabor, in tr. de metat. cap. 8. art. 2. n. 9. Tholofan, de Republ. cap. 9. n. 4. Speidel, in Spec. vocab. Bader, eademque exercens pia monita Klockii, in tract. de erar. lib. 2. cap. 5. cur[us] habeat cordique, ipſum eriam Magistratum, pro annua penfione, Reipublica reditibus ex inde juvandis, conſcienter exerceere, & locare ſolere, præter rei evidentiam oſtentid Klockius, eis. loc. n. 1. Faſt. de erar. clafſe 15. confiſ. 57. Et cum utique hæc balnea omnibus patent, neque uſu illorum quenquam liceat excludere, per L. 27. §. 1. ad municip. adeò, ut excludas, ob hoc ipſum, actionem injuriarum intendere valeat; L. 2. §. 9. ff. no quid in loco publ. ſiat. J. O. Tabor, de metat. cap. 6. §. 11. Leifer, de padiſis, von Landguthern / lib. 3. cap. 18. num. 17. & 45. ubi tamen videantur, que ex conſtit. Caſſaris Wenceslai, von Juden/ Heyden/ Unchristen und berüchtigen Leuthen notabiliter adduntur: omnesque, qui balneum publicum inuiſunt, aquæ exercitoris fidem ſequi necesse habeant, &

spic pro rebus in balneum illatis pariter tum cum receptaculum promittere videatur; & contra vero in eiusmodi balneis, cum propter turbam, cum etiam per se difficile sit, sumū lavere acque vestes custodire, imo etiam capſari, siue vestium custodis, qui pro certa mercede vestimenta in balneo servanda conducit, L. 3. q. n. 11. ff. de offic. pref. vigil. custodiā posthabita, occasio fundandi artesque electicas futurum balneariorum evitari vix possint, hincque Græci tale furtum, tanquam alii improbius, etiam morte multaverint, recitante Matthæo, in rr. de criminib. lib. 17. iij. II. cap. i. n. 2. & claudato Leiferio, d. cap. 18. n. ult. ubi in præcedd. plura de his videri possunt; ex his omnibus rationibus, quæ in rem balneariam & cauponiam exercentibus promiscuè & equaliter militare videntur, ferè indubitanter inferendum videbatur, quod lavacrum intrantibus hæc actio utilis denegari non debeat, si praefatim de balneo queratur banario, ad cuius usum subdit etiam obstrictus de quo videsis Leiferum, cit. loc. num. 29. Et in puncto hanc sententiam, quod & balneum exercentes, perinde ac navis, caponas, vel stabuli exercitores, de recepto teneantur, probat noster Sichardus, ad L. i. n. 5. in verbis: Wirth / Wader / Schiffleuth. Cod. de locato. Müller. ad Struv. exere. ad rr. 21. lib. 36. lit. a. ibi: Balneatores. Ruland. de commissar. p. 4. lib. 4. cap. 4. n. 8. ibi: Aut balneator. Garoc. de depos. part. 1. forma b. pag. nob. 37. ibi: Si quis vestimenta balneatori. Veruntamen, cum non solum ipsius Edicti Prætorii verbis, sed & mente etenim hic deficiamus, quod de Balneariis improbitati atq; collusioni cum prædonibus & furiibus tam frequenter addicti sint, capropter negativæ, maximè quod illos, qui privatum saltem balneum vel ipsi per se, & suam familiam, vel à domino illius, pro anno locatio, conductum exercent, jungat, L. Cod. de edific. privata, subscrive malum, nisi etiam sumū illi, qui balneariam, aliquā caponiā speciem exerceant. Et tametsi, pro isto deciso roborando, omni autoritate destituantur ramenta, præter hucusque à nobis firmata, illud omnium optimè stabilitur ex eo, quod aduersa lenitudo ex L. 1. q. 8. ff. depos. quam illius patroni solitare adducunt, usque adeò nil valoris vel coloris accipiat, ut potius per illam radicitus prosteratur, cum districte Ulpianus de balneatore ibid. definiat, quod, si ei vestimenta servanda sint tradita, & quidem gratis, tunc actio depositi, ob solum Dolum; si pro certa mercede, tunc actio conducti (secundum vulgarem illius indolem, præter dolum & latam, etiam ob levin culpam.) contra illum obtineat. Quod vero balneator, sine tali expressa conventione, porr̄ etiam, ut nauta, stabularii & capones, ex quasi contractu, de recepto & culpa levise

levisima teneatur, de hoc altum in hac L. silentium esse, & proinde contrarium haud obscure approbari, ipsa verba ejusdem apertissimum reddunt.

§. XLIII.

Quod à B. Dn. Lauterbachio de illis traditur, qui, cùm nullam quæstuariam cauponam exerceant, tamen Principe adventante, sive urbem intrante, ejus aulicos, comites, atque ministros, vel Principe solennes alicubi nuptias, vel jam ductæ uxoris solennem in domum seu aulam suam traductionem celebrante, magno numero confluentes, seu ex libera voluntate, seu ex necessitate in suos privatos ædes recipiunt, verissimè pronunciat, quòd actio de recepto contra illos non competit, in tract. syn. de naut. caup. & stabular. th. 23. idem etiam de illis, qui, in publicis comitiis, ipso etiam Imperii Princeps & Proceres, eorumque ministros & comites recipiunt, ix. ea, quæ legimus apud Litmarium, Jur. Publ. lib. 9. cap. 1. num. 83. & sqq. Bertram. apud Aratum. vol. 1. Dis. 9. th. 59. Tabor. de metat. cap. 6. §. 16. & 17. Goldast. in polit. Imperii. part. 1. tit. 14. pag. 132. sub rubr. Wie sich die Göste gegen den Wirthen/und die Wirthen gegen den Gaſten halten sollen/parten alle verandum; tūm (1.) ex eo, quod illos, qui tale hospitium præbent, omni aliè molestia atque discussione liberando pronuncient ipsi Imp. in L. 9. Cod. de metas. (12. 41.) tūm (2.) ex eo, quod in talibus receptantibus deficiat Ratio edicti Prætoris, quandoquidem non æquæ, ac in publicis diversoribus, necesse est habitantium custodiz & fideli res in ædes illorum in vectas & illas præcisè committere, cùm hòc modò recepti in divisâ plerumque & electâ domûs parte, cum suis, habent; Junctat. L. 1. §. 1. naut. caup. & stabul. tūm & (3.) ex hac principali ratione, quòd, in illo edicto, nonnulla satius duriter, contra nauras, caupones, & stabularios, constituta occurrant, cùm in iporum arbitrio sit, an vectores, viatores, vel hospites recipere velint, necne? d. L. 1. §. 1. ibid. Peckius, num. 7. & Vinnius, in not. lit. F. ff. d. tit. Dn. Lauterbach, de nautis, lib. 13. latè Simon van Leeuwen, Cens. Belg. part. 1. lib. 3. cap. 30. n. 5. ubi distinuit obstantia: Civessatēm signatos sibi hospites recipere teneantur invitati; arg. L. 1. §. 2. ff. depos. L. 5. §. 13. ff. de his, quib. ut indign. L. 9. §. fin. ff. de admin. iiii. Ita optimè Tabor, in laudato tract. cap. 6. §. 1. post Alberic. de Rosate, Leiterus, sap. tract. lib. 9. cap. 10. num. 34. Et cùm etiam illi, qui hybernū militibus hospitium præbent, nullum pariter stabulum vel cauponam, sui quotidiani lucri causa, exerceant; sed invitati eosdem plerumque recipiant, ex expr. in L. 3. §. 13. ibi: Nam milites, quibus superveniensibus hospitia præberi in civitate oportet. ff. de mun. Leeuwen, e. L. num. 6. quare

C 3

hic

hic multo minus, cum ex ista, cum aliis pluribus rationibus, capitulo  
actioni locus poterit assignari. Addantur, quæstiam de Receptu mili-  
tari, quando nempe imminentia potentioribus periculo, per retrocessionem,  
quis se subducit, & ad secundiora loca, ejusdem fecuritatis ibidem obtinendæ  
gratia, se recipit, eruditæ commentatur Dn. Adrianus Beyer, in tract. de  
receptu amicorum, quam personarum, pars. 3. §. 41. num. 394. & seqq.

## §. XIV.

Hoc amplius quod etiam ipsi Caupones, aliquibus in casibus, ubi  
ille respectus, quod ipsi, seu rem cauponam exercentes, obligati esse velint,  
non omnimodo excludi & cessare videtur, actioni de recepto non semper  
subjaceant, siccq; non ob levissimam, sed solu[m]modo latam aut levem culpm,  
nec ob omnium factum, pulsati valeant, exemplo esse potest, si caupo res  
ab aliquo viatore in cauponam illatas, ut caupo quidem, salvas fore rece-  
perit; deinde vero illæ à Magistratu arresti vinculo devinciantur, hic  
cum res illæ in cauponam non amplius ut ab hospite illata, & recepta, re-  
maneant; sed ex nova planè causa indicti arresti, sine quo hospes illas rufus  
secum abstulisset, & caponis officium ex voluntario in necessarium deg-  
eneraverit, à tempore Arresti actionem de recepto non amplius competere,  
signanter deciūm videtur est apud Baldum, ad L. i. n. 3. Cod. de locat.  
Quod autem ibidem etiam hoc Baldus addit, quod, si ex duobus vicinis  
cauponibus alter nimia hospitum multitudine obrutatur, & ipse prouide-  
res nonnullorum ad vicinum remittat, hic ipse vicinus caupo ex Edicto & ex-  
to, is non obstringatur, non aliter admittimus, quam si ille resutas non ipse,  
ut caupo, in suum hospitium inseriat; sed animo alteri vicino  
caponi rem gratiam faciendo: quod eodem in sensu etiam Baldum ex-  
audimus, ad d. L. i. n. 3. Cod. de loc. in verbis: Pone, quod duo sunt albergatores  
(sive caupones), vicini, modò tot hospites venerant uni, quod si ipse missus  
ad hospitium alterius, nunquid iste alter tenetur de levissima culpa? Re-  
spondeo, quod non; quia hic fecit contemplatione alterius; non causa ho-  
spitis; (nicht in ansehung des Gasts; sondern des andern Wirths.) L.  
3. §. 1. f. N. C. & tabular. Adde Dn. Lauterbach, d. tract. th. 24. in fin.

## §. XV.

Videamus, an utilis ista actio de recepto etiam contra Molitores  
locum obtinet? Ista Q. cum Anno 1697. cuidam peregrino, verunta-  
men bene noto, in molendino, & quidem in ipso hypocausto, ubi moli-  
tor, ejus uxor, & liberi aderant, pernoctanti, omnis ejus pecunia fur sum ab-  
lata fuisset, neque leuis molitorem de furtiva ejusdem contrectatione su-  
spicio

spicio gravaret, hoc insuper habito, quod & alii complutes ejusdem loci  
 Cives, Mühl- oder Mahl-Gäste, cā nocte, molitur & ergo, in molendino  
 præfentes, imò quidam ex illis ipsum etiam hypocautum successivè ingres-  
 si & rursus egressi proponerentur, Ducali Regimini Saxo-Altenburgensi  
 ansam suppeditavir sequentis Rescripti: Dass / weilen gleichwohl dient  
 Verlust in der Mühle geschehen/man den Müller mit dem andern si h des-  
 wegen gäthlich abfinden machen möchte; Im fall aber diese Vermittlung  
 nicht staet finden sollet hätte der Beamtte dem Müller auffzulegen/ dass  
 er/ auff vorgehender Verwarnung vor Meiney / und deßen schwecher  
 Straffen/dass solches Geld weder Et/ noch die Seinige zu sich gewo-  
 men/ noch auch Et/ wa solches hinkommen? wissenschaft trage/ endo-  
 lich erhalten müsse; recitante celeberrimo Domino Lynckero, in Decem.  
 Dicaster. Jenens, centur. 2, Decis. 134. Et profecto cum etiam adversus  
 Molitores innumeræ passim de frequentissimis illorum fraudibus atque im-  
 probitate Querelæ audiantur, & vix alii ulli, ja re sibi conceditæ, negligen-  
 tiū versentur, imò malitiosius, quam molitores; ut prolixè illorum lau-  
 des & fraudes describit Knipchilanus, de jurib. & præv. Civit. Imperial.  
 lib. 5. cap. 26, num. 38. & 59. Johannes Heringius, in tract. de molendinis, Q. 1,  
 num. 60. eiusm. seqq. & Q. 40. num. 22. B. Dn. Müller, in Dissert. de molen-  
 dinis, & præcipue bannarij. Sect. 4. th. 27. Et qui frugum fuarum molitur  
 opus habent, etiam fidem illorum sequi teneantur, atque omnium maxime  
 in molendinis bannariis, quos Evangelistæ seu gezwungene Mühl-  
 gäste appellant, non sine ratione dubium inde subortum fuit Domino  
 Lynckero, anne dictum Rescriptum ad Edictum de Receptis respxisse  
 credendum sit? Verum, cum, hoc supposito, ille molitor absolute conde-  
 mnandus fuisset, quapropter negativæ ei magis placuisse, quam & nos ap-  
 probamus, persuasissimi sumus. Nec ab ista sententia dimovere nos po-  
 test autoritas B. Domini Schilteri, tñm sibi, tñm aliis persuadere annisi, quod  
 omnino ad istud Edictum Prætoris Molitores, ratione iher. Mühlgäste/  
 pertinere videantur; in Praxifor. exere. ad n. 12. §. 23, in fin. Rationes  
 pro nostra decisione periti poterunt ex iis, quæ in proxime subnectendis, de  
 illa Q. Utrum Princeps, ex facto à se constituti postarum magistri, ejus-  
 demque ministrorum, & sic deinceps, ita utili actione de recepto conveniri  
 possit? itemque in alia peculiari Disquisitione: An hæc utilis actio adversus  
 ipsos postarum præfectos, aliosque Vectores, locum obtineat? prolixius ex-  
 hibentur. Quæ pleraque in his württembergicis terris etiam in molitorib-  
 us, tanto citius, ex eo, admittendæ videntur, quod non saltem universi apud  
 nos

nos Molitores gravissimō jurejurando constingantur de omnium fru-  
gibus cum omni possibili fidelitate & industria moliendis, omniq; illicitō  
lucrō, furtō, & dolō usquequaq; omitendi; verū etiam ipsorum famuli &  
**Ancillæ** pariter loco juramenti se obstringere teneantur. Jung. die H. Fürst.  
**W. Müller.** Ordin. pag. 18. §. 30. &c. pag. 38. Et quod si illi, qui suas fru-  
ges in molendinum deferunt, ipsi debitan diligentiam, beym ausschütten/  
gerben/mahlen/und Fassung des Mehls/ ab initio usque ad finem adhi-  
beant, non adeo facile molitoris fraudibus locus patulus sit, arbitramur ex  
specificā & sollicitā Serenissimi nostri Iatoris sanctione liquere, in laudata  
molitoria Ordinat. pag. 19. 20. & sq.

### §. XVI.

Quia verò illa princeps, saltem verbo hīc tangenda, de Postarum  
magistris, thedarumque meritioriarū exercitoribus, & similibus disquisitio,  
ob conaplurium, circa illam obversantium, dubiorum difficultatem, specia-  
lem efflagitat discussionem, saltem illam adhuc egregiatam *et ceteras* sub in-  
cudem hic vocati opera pretium fuerit: Utrum illi, qui per publicam post  
magistrum, hujusve ministrum, per Principis aliquius territorium vehantur,  
si quod damnum ipsorum personæ, vel rebus illatum fuerit, ad id resarcendū  
**contra Dominum territorii** eadem hac utili de recepto actione expe-  
ri quent? Sanè hocā nonnemine affirmativē definitiū videmus, adstruente,  
quod Princeps, in cuius territorio tale quid contigit, ex duplice capite, ad hoc  
ipsum teneatur, primò quidem **ex suo quasi contractu**, dum publica res  
& personas recipiat, & sic etiam publicam securitatem prosteatur, allegata L.  
i. §. 1. & 2. ff. *natura, caupon, stabular*, unde dicit oriri actionem de recepto;  
argum. dictæ Legis, §. 3. ad etiam **ex factō illicitō & malā Principi**  
**electione**, si videlicet damnum ab illis detur, quorum opera Princeps  
cepit utitur, & quorum fidem ipse elegit, cum hos suo periculo adhibere  
censeatur; argum. Legis 7. princip. v. & utique culpe se reum reddat,  
qui operā uitium malorum hominum. L. i. §. fin. ff. de obl. & ad. §. fin. Inst. de obl.  
qua quae ex del. maf. Et ex hinc actionem in factum descendere: arg. L.  
6. ff. dictor. non quidem in duplum, ut de ista actione in adi Edicti parte  
Prætor dispositi; bene tamen in simplum; prout Hodie generaliter receptū  
existimat, ex Grecenweg, Gadelino, & aliis. Hisque convenienter Principera  
ad omne damnum, personis, & rebus illatum, resarcendū obligum pro-  
nunciat, non solum si à Fure, Prædone, vel quolibet alio extraneo id fuerit il-  
latum; arg. L. i. §. fin. ff. *natura, caupon, stabular*, sed & tunc, si ab ipsis postarum  
magistris, vel eorum ministris aut officiisibus id illatum proberet; eo quod,  
quicquid juris est in cauponæ & navis exercitoribus, idem etiam in postis

si recipiendum. Et cum Princeps, addi, publicè securitatem promittere conatur, ideo illam etiam præstari oporteat. Ade quod, tertio, hæc eadem de causa vestigalia exolvantur, ut via à Principe prætentur lecute: Et, si Princeps in hoc boni Principis charactere reipse testando negligenter se præbeat, ipse recte, ob id, à damnum perpessis conveniatur. Tandem etiam illud, quod Princeps de mala electione teneatur, quod postea magistros, horumque ministros repetere non dubitat, & quod Princeps in hinc etiam de culpa levissima tenetur, ex eo, in liquido positum existimat, quia ista præstetur in omnibus negotiis ultrò suscepitis; velut à mandatarius & procuratoribus; itemque ultroneis negotiorum gestoribus; tunc & ab artificib; opificib; & aliis, qui operas suas locare adsolent. Eandemque sententiam etiam antehac Jurium quidam Licentiatus Emeranus Ackoldus, in seinem gründlichen Unterricht von dem aus Landes-Höflicher Hoheit her springenden Post-Regal der Thure und Fürsten des Heyl. R. R. qui Ao. 1685. Hale prodiit Magdeburgicae, his formalibus proposuit: Wie nun ein Postmeister/mann selbiger zum exempli mit Posten belehnet / oder sonstien das völige exercitium der Posten von einem Lande-Herrn bekleimen/für ihre Posititions stehen müssen; so kan gleichfalls auch ein Lande-Herr deßen sich nicht entbrechen / wann Posititions/ die immediate in der Lande-Herrn Diensten stehen/bößlich etwas veruntrauen solten. Womit dann überein kompt die Praxis Germanie, in dem die Posititions/ehe sie zu solchen Diensten angenommen werden/genugsame Bürgschaft leisten müssen; damit man sich/ auf den fall/ andenen Bürgen erholen könne. d. tract. cap. s.

## §. XVII.

Licet autem hæc valde speciosè dicantur; tamen tanta non sunt ut applausum mereantur. Quis enim ignoret, Prætorem hoc suum de recepto Edictum contra nautas, caupones, & stabularios solitariè directisse atq; proposuisse? Quod vero eidem saltem per somnum in mente venerit, vel venire potuerit, actionem de recepto, ad Prætorum adhuc tempora respectu habito, etiam adversus illos proponere, cum quibus Imperator Jus cursus publici, prout illud cum temporis frequentabatur, singulare planè gratia communicavit, **Magistrum** videlicet **Officiorum**, & **Præfectos** **Prætori**, Jungat. **Lg. Cod. de cursu publ. Ziegler. de Jur. Majest. lib. 2. cap. 18. §. 5. Perez. ad d. tit. n. 10. §. 12. Lederer. de jure curs. publicor. b. g. quis unquam adstruxerit?**

Et cum utique ab illis, utrum sumis, Romani Imperii Præfectis, ne quidem ad nostri Imperii Princeps, tanquam territorialis superioritatis

D

sub-

sublimi charactere & jure munitos, (quicquid dicat Rosenthalius, de *fend.*  
*cap. 5. conel. 13. num. 4. 5. & 9.* aliquae complures, magno numero relatā  
 à Mylero ab Ehrenbach, in *Archolog. Ordin. Imperial. cap. 23. 5. 1.*) infer-  
 reliceat; per latè firmata laudati Myleri, d. *cap. 23.* per integr. Schraderi,  
*defend. part. 10. sect. 4. num. 45.* Stammii, de servit. person. lib. 3. c. *cap. 10.*  
*num. 16.* post plures celeberrimi Domini Strykii, in *specim. usus Pand. mod.*  
*ad iur. de offic. Pref. Praetor. §. 1. & seqq.* quare sponte hinc liquet, quod  
 actio de recepto contra illos, nec ex verbis, nec ex mente & sententia Praeto-  
 ri Edicti dici possit fundata. Et quis sibi persuadeat, cum utique Praetori  
 satis cognitum fuerit, quod etiam Praesidibus, nedum illis supremis Impe-  
 trii Praefectis, quam maximè incubuerit, ut ubivis pacatas conservarent pro-  
 vincias, L. 13. *princip. ff. de offic. Praesid.* Cursusque publicus, per totum  
 Imperium, ab omni injuria, rapina, violentia, atque vexatione praefaretur  
 illatus, jungat. Gutherius, de offic. domus Aug. lib. 3. cap. 13. & seq. si & il-  
 los sub Edicti sui dispositione complecti potuerit, Ulpianum, exactissi-  
 mum illius interpretem, tum & ipsum sublimi illâ Praefectura Praetorianæ  
 dignitate defunctum, L. 4. *Cod. de locâ.* nullam horum mentionem fuisse  
 facturum: in L. 1. §. 3. ff. *nauta, camp. & stabular.* Porro cùm ista actio sin-  
 gulari nautarum, cauponum, & stabulariorum odio introducta commu-  
 nissimè censeatur, ut videlicet Praetor, hujus generis hominum, cum pæ-  
 donibus & furibus frequentissimè colludentium, improbitatem repre-  
 metet; L. 1. §. 1. L. 3. §. 1. ff. d. t. Petr. Peckius, ad d. L. 1. §. ult. d. t. n. 30  
 Hoppius, ad §. final. *Inst. de obl. qua ex quasi del. nasc.* Jacobus Cooren,  
*consil. 16. pag. 50.* in verbis: *Et multo minus in campone, qui cum nauta,*  
*stabulario, & publicano genus improbum, vocatur.* Oldendorp, classe 7.  
*AET. 5. pag. nob. 890.* ubi nullum Remedium contra id genus homines dicit  
 supervacaneum; ut in simili Imp. de futibus loquitur in §. 14. I. de action.  
 Quòd igitur colore hoc Praetoris edictum, quod sola cauponum, nautarum  
 & stabulariorum improbitas, avaricia, vafities, perfidia, & scanda (ut loqui-  
 tur Lex 53. ff. pro. sec.) eademque haud insolens, cum furibus atque pædo-  
 nibus societas conciliavit, advertente Mornacio, ad d. L. 1. Christinæo, in  
 Belg. Decis. vol. 5. Dec. 65. num. 17. Rebuffo, ad Confit. reg. Gall. de mercato-  
 rib. minutatim vendentib. glossa 19. pag. 440. Klockio, tom. 3. concl. 13. n. 44.  
 & seqq. Colero, Carotio, Ludovico, Gomesio, alisque, quos laudat con-  
 tentiens Knipschildius, de Nobilit. ejusq. jurib. & privil. lib. 1. cap. 13. n. 68.  
 n. 72 ad num. 73. ubi graviter inprimis in rapacitatem cauponum invehitur;  
 nec non in tract. de jurib. Civit. Imperial. lib. 1. cap. 2. num. 23. & seqq.  
 ad ipsos Principes, et ratum Dominos, & ipsiusmet Dæi in illis Vicarios, pro  
 qui

quibus notoria pietatis & iustitiae presumptio militat, juxta ea, quae exhibet Dn. Praefes, consil. 30. num. 133. & sqq. hincque alia planè omnia, quæ illa consimilis improbitatis, quod ipsi cum furibus colludant aut cocant, prædonibus faveant, vel eosdem planè foveant, præsumptio pugnat, salvâ tanto fastigio debitâ veneratione, imò tot nostri Juris, Divini & humani, effatis illæsis, portigere licnerit? Ex quo itâ in simili Dn. Lauterbach: Nec, inquit, illud, quod improbitatis Cauponum, Nautarum, & Stabulariorum reprimenda gratia est introductum, ad alios, etiam honestissimos, & primi ordinis, Cives (Quânto igitur minùs ad ipsumnet Principem?) nobis erit extendendum. d. tract. th. 23. pag. 22. Nam quis etiam hoc nesciat, quod, quando Lex plura coniunctim requirit, non latet sit, unum alterumve adesse; sed oporteat, ut omnia coniunctim concurrant? ex communibus DDrum, ad §. 11. Inst. de her. inst. Igitur etiam in proposito non satis est, Principeum videri promittere, res in publicas ædes postarum illatas incolumes fore, cum deficiat hac altera, eademque principalis, causa impellens, quod Princeps tam gravi Legis præsumptioni de consortio cum furibus subfageat vel minimè. Et quis, tertius, sustineat, quod, si Princeps à se constituti vel electi postarum magistri, ejusdemve ministrorum, malos mores ignoraverit, talemque magistrum bonæ frugis futuram probabiliter crediderit, &c. ut hujus sui voti atque scopi compos fieret, gravissimo jurisjurandi nexu eum sibi devinxerit; ille verò deinceps cum illis, qui postæ res suas committunt, perfidè ageret, & vel ipse perse, vel per suos ministros, multa damna inferret, Princeps, talis nequitia nullatenus participes, ulteriusteneatur, quam ut damnum perpeccisi Principali sua autoritate assistat, quod perjorus talis nebulo, quoad potest, ex suis facultatibus satisfaciat, &c., si illæ non sufficiant, quod non habet in aere, eum insu corpore luere adigat? Neque enim tali Principi quicquam potest imputari, qui futuram ejusmodi postarum magistri, ejusdemve ministrorum subsequentem malitiam divinare non potuit. Et ab omni æquitate illorum sententia aliena videtur, qui omnia ministrorum atque officialium maleficia & crimina ipsi Principi imputant. Sanè enim si hoc adstruere vellamus, sequeretur, quod Princeps longè durius & fortius, quam omnes privati patresfamilias, atque domini, obligentur, qui de facto famulorum & ancillarum, si in illis eligendis, & in suam familiam recipiendis, nullius culpa convinci valeant, tenentur hauquaquam, licet illi in partibus famulitii sibi commissi deliquerint; juxta ea, quæ latè ex DDb. & LLb. firmat excellentiss. Dn. Praefes, consil. 88. num. 243. & sqq. Et quis adeo in Principem injurius fuerit, ut adstruere vndeatur, quod, si Princeps in provinciam aliquos mittat, eosque pro-

batos, &c de nullo vel furto, rapina, vel simili malitia suspectos, qui eandem  
 à rapinis & de prædationibus securam præstent; illi vero, viatorum præsidio  
 missi, ipsi furta & rapinas committere audeant, Princeps etiam ad talis damni  
 reparationem, ut nonnulli contendunt, de Jure teneatur? Quibus optimè &  
 Dn. Strykio occurrit, qui Principe non ultra, i.e. ejusmodi casti, teneri de-  
 cedit, quam ut à delinquentes raptiores & fures debitis poenis afficiat; in e-  
 leganti Dissert. de oblig. Principi ex facto ministri, cap. 3. n. 74. § 99. ubi ta-  
 men, quæ præmittit in casu converto, si vel Princeps ab initio hujusmodi  
 nebulones sciens prudens receperit, vel, cum multe jam querelæ aduersus il-  
 lorū perfidiam moverentur, illos tamen in officio, cum perculo quo-  
 rumvis aliorum, toleraverit, ipse utique ad plenam damni reparationem  
 obstrictus censendum sit, dicto cap. 2. num. 77. ccc. ve. issima, non mi-  
 nus admittere possumus. Et cum denique nemo quisquam actione con-  
 tra alterum in judicio experiri queat, quam si eam in rem, de qua agere vult,  
 vel Civili, vel Prætorio Jure actio prodata sit, ita nempe, iactio contra ali-  
 quem proposita rem certam contineat, quam, èdem mediante, nobis per-  
 sequi liceat, princip. in verbis: *Alicuius rei solvenda. Inst. de oblig.* juncto  
 §. 1. ibi: *Persequendi in judicio, quod nobis debetur. Inst. de action.* Neque  
 enim sine actione experiri potest quisquam, aut à suo adversario aliquid  
 consolari. L. 6. §. ult. in verbis: *Quoniam convenienti eos in judicio faulta-*  
*rem non habuit, qui nullam actionem intendere posuit.* ff. de negot. gest. L.  
 14. §. fin. in verbis: *Non sibi occurrere legitimam actionem, quæ experiri*  
*possint.* ff. de praefr. verb. Neque ulla nobis a filio competere potest sine  
 Legis inducta atq; autoritate, Christoph. Phil. Richter, part. 3. Dec. 158. n. 52.  
 Eguinal. Baro, de divid. & individ. oblig. lib. 3. cap. 2. n. 8. B. Da. From-  
 man. in Differ. int. atl. nativ. & dativ. th. 17. Hoc vero, quod latenter aduersus  
 Magistrum officiorum, vel Praef. Prætorio (Quanto igitur minus contra  
 Dominum territorii?) de recepto directâ vel utili actione agere integrum  
 esse debeat, nec usquam in libris nostri Juris relatum, nec à quoquam appro-  
 batu, vel in Foro receptum sit, quare isti singulari & novæ sententiae affurgere  
 non possumus, arg. L. 1. de Senator. &c per ea, quæ in simili operosis statumi-  
 nat Henricus Bocerus, in tract. deregulab. cap. 2. num. 157. § 99.

## §. XVIII.

Neque multum negoti faciliere arbitramur, qua istius singularis  
 sententiae patroni, ut retulimus, adferunt. Quantum enim ad illud, quod,  
 dum talis Princeps postularum magistrum, in suo territorio, ipse constituit,  
 ipse, omnium res in ædes istius magistrorum illatas salvas fore, recipere, ipsi-  
 que publicam securitatē promittere videatur, & proinde non minus, quam

na-

navis exercitor, ex qs. contractu, de recepto teneatur, hoc totum ~~recepit~~ perver  
in substrato constituit. Utrum ipsi stabulatii, capones, & nautæ, ex quasi  
**contra** **actu**, ad restituenda recepta teneantur? & annon potius adversus  
ipsos, in Edicto Praetoris, singulariter proposita Actio de recepto pro plane  
dativâ haberi debeat? tantis difficultatibus exactissimi judicij J. F. Lauter-  
bachio, vistu fuit, ut adhuc latus dubius substituisse videatur, utri sententia sub-  
scribere debeat? dicta tract. th. 19. & sqq. Si ergo hæc actio pro dativâ haben-  
da, sub quo igitur præsidio candēt à nautis, stabulariis, & cauponibus, contra  
quos illam Praetor singulariter dedidisset, ad ipsos supremos terrarum Domi-  
ninos nobis fas sit porrigerere, contra illam constantem Interpetum Regulam,  
quod, cùm omnes ejusmodi actiones dativæ sint extraordinarium Legis  
auxilium; per **L. 8. Cod. ad exhib.** capropter in casibus, in quibus Lex de-  
ficit, nec utilis talis actio cuiquam adstrui debeat; jx. textum expressum, in **L.**  
**64. §. penit. sol. matr.** quam illustrat B. Du. Froissart, d. th. 17. & duab. sqq.  
Si verò hæc actio pro nativâ habenda, que ex quasi contractu proficiatur,  
prout, præter rot alios, B. Dn. Lauterbachio laudatos, docet etiam Rebuffus,  
ad **Const. reg. Gall. tract. de hospitiis.** pag. 468. in verbis: *Sed quasi contrahere  
videtur cum peregrinis, apponendo signum patens. Et promittere eis facto  
videtur &c.* Tabor, **Rac. crim. 7. th. 19.** Gosvvin, ab Esbach. ad Cz. p. 2.  
**C. 26. D. 9.** Hilliger, in Don, encl. lib. 15. cap. 43. lit. D. Hopp. ad 5. 3. 7.  
de O. ex quasi del. vers. Differt autem. Eckolt, ad tit. **nauta**, cap. stab. §. 3.  
Simon van Leeuven, **Cens. Belg. part. 1. lib. 5. cap. 30. n. 3.** Joh. Loccen-  
de **jure marit.** lib. 3. cap. 9. §. 3. Petri Gudelin, de f. noviss. lib. 3. cap. 10. vers.  
Similiter, tamen illa ne sic quidem contra Dominum territorii, propter factum  
postarum magistrorum, vel ministri, dici poterit fundata. Quem enim hoc fugiat,  
quod obligatio ex quasi contractu non aliter, quam Legis autoritate & bene-  
ficio introducatur, cùm ad illum formandum vel à Legibus factus, vel ad mi-  
nimum præsumptus requiratur consensus? Herm. Vultejus, ad **princ. Inst.**  
de obl. que ex qs. contr. nasc. Dn. Lauterbach, in **Diss. de contractib. in ge-  
nere, th. 12.** Quod autem nec Fictio, sine Legis expressa & specifica litera, ne-  
que etiam in Principe usque adeò onerosa, ad quocunque damnum po-  
nit utentibus refundendum, obligatio Præsumptio temere admittendā sit, elucefecit ex iis, quæ tradit Anton. Dadius. Alteferra, de fiction. jur.  
passim. ex Felino & Baldo, Mantica, de T. & A. C. lib. 13. tit. 40. n. 5. cum  
Menoch. Da. **Præles, vol. 1. cons. 11. n. 149.** Henr. Bocerus, de regal. cap. 2.  
n. 156. vers. Similiter nec ex qs. contractu. Et quis unquam adeò de Prin-  
cipe contemptum quemquam loqui audiverit, quod ille regale posta-

rum jus, & quæ ac stabularii, capones, & nautæ vilissimam cauponam,  
 abjectissimum stabulum, vel navem evertent, sui lucri quaestuive quo.  
**Ridiani causa** pariformiter exerceat id quod tamen in illis excrictoribus  
 principaliter Prætor consid eravit; *L. i. princ. cum §§. sqq. ff. N.C. stabul. sic.*  
 ut regulam inde formet B. Lauterbachius, quod illi omnes, in quibus hu-  
 susmodi professio cessat, & hinc veniens suspicio, quæ Prætoris Edicto  
 præcipuum caufam dedit, ibi etiam Actio de recepto deficit. *d. trætl. lib. 23.*  
 Secundò; si Princeps, hoc regale in suis ditionibus exercens, plenam,  
 posta uentibus, de rebus magistro postarum commissis, vel ipsis, vel alius,  
 ad quos illæ mittruntur, in loco designato restituendis, **securitatem pro-**  
**mittere** videtur, tunc ille, secundum infinitam Edicti hujus ordina-  
 tionem, ad rerum in ædes postarum illatarum restitucionem, non sal-  
 tem tunc, si illæ ab ipso postarum magistro, & quorum præ-  
 terea **operâ** hic uitit, dolosè interversa; sed & tunc de recepto, seu ex  
 quasi contractu, efficaciter tenetur, si ab aliis **Viatoribus**, vel in ædes  
 postarum suas, aut aliorum res, aut literas inferentibus, vel à proprio  
 viatoris, quem secum fert, **famulo**, & sic porrò res illæ farto fuerint sur-  
 reptæ, aliterve amissæ; ut in nautis, caponibus, & stabulariis (extra unicum  
 casum) expediti juris esse, ex speciis verbis *Legis 1. § fin. L. 2. & L. 3. princ.*  
*ff. nauta, capon. & stabular. monstrat Dn. Lauterbach, d. trætl. th. 41. & 42. eo*  
*quod illi adversus quoscunq; custodiā rerum recepisse censeantur.*  
*Bachovius, ad primam part. π. lib. 4. ii. ult. ad d. L. i. 1. o. ff. dt. pag. 1300.* Non  
 obstat. *L. 6. § 7. ff. nauta &c. ad quam videbis Brunemannū. n. 5. & Paul. Risiū,*  
*subtil. Jur. lib. 4. cap. 2. Quodlib. 3. tio, illud obvertere velis, quod Princeps qui-*  
*dem actione de recepto; veruntamen ob solum postarum magistris, ejusdem-*  
*que ministrorum factum, pulsari valeat, jam edictum Prætoris, etiam quoad*  
*iplam actionem de recepto, præcipuum partem, & hoc quidem sine*  
*Lege, sine qua nihil temere definendum, nobis, pro cerebrinæ aequitatis*  
*arbitrio, lacerare, mutilare & mutare licere, admittere cogimur. Imò*  
*quia hujus novæ sententia patronus non solum ista omnia, ceu indubia, ad-*  
*struit; sed & planè in hanc generalitatem delabitur, quod Princeps, regale*  
*postarum exercens, omne damnum à quovis, ut formalia ejus habent,*  
*extraneo prædone, tam Personis, quam rebus viatorum illatum, ex*  
*Edicto contra nautas & ceteros propoñito, resarcire tenetur, quis non,*  
*grò, nob iscum, graviorem in hoc, quam ipsorum nautarum, Principis ob-*  
*ligationem prenlandam pronunciet, quod, secundum effati hujus genera-*  
*lita-*

litatem, Principi ne quidem adversus violentiam, postarum ministro, solitarii incidenti, etiam ab unico Prædone illatam, aliqua competat exceptio; licet illa non in proprio ipsiusmet Principis jus postarum excentis; sed finitimo territorio, probetur illata; in cuiusmodi tamen casu ipsi nautis, cauponibus, & stabulariis exceptionem profuturam haud obscurè determinat L. 3. § 3. ff. N. C. & stabular. Et quis tantam libertatem in Edicti Prætorii extensione sibi ausit adserere, ut si etiam Personæ viatoris, vel ve-  
ctoris, ab ipsis cauponis, vel nautæ familiâ, verbalis aut realis inferatur  
in iuria, illos nempe pulsando, verberando, vulnerando, etiam ob talia, &  
alia Delicta, contra nautas & caupones datur actio in factum? Alia omnia  
in casu, ubi famulus cauponis viatorem vulneravit, quod videlicet caupo-  
nus ad expensas in chirurgum & pharmaca factas haudquaquam teneatur, de-  
finxit Johannes de Anania, consil. 2. & ad illum Bologninus, in additione  
Claud. Bertazzolius, in addit. ad Patris Bartholomaei consil. 68. vol. 2. lit. a.  
Jasor, ad L. 1. col. 3. Cod. de serv. fugitiu. Müller, ad Struc. exerc. ad nr.  
8. tb. 115. lit. β. Dn. Lauterbach, in tract. synopt. de naut. caupon. & stabu-  
lar. tb. 85. excellentiis. Dn. D. Majer. & Præc. meus atatem colen-  
dissimus, in commentar. ad §. fin. pag. 913. I. de obl. que quasi ex del. nase.  
Joach. Hoppius, ad eund. §. ad verba: De dolo. ubi optimis hoc assertum  
rationibus stabiliunt. Benè quidem meminimus, quod, si famulus ejus-  
modi viatorem vel vectorem in ipsa caupona, aut navi vulneraverit,  
tunc Edicto Prætoris etiam haetenus locum patere contendat Andr. Alcia-  
tus, in suorum rati. de presump. Reg. 3. pref. 40. n. 6. Pro qua etiam sententia mi-  
litare videatur generalitas dicti §. ultimi, in verbis: De dolo aut furio. Infr.  
dit. de Obl. que quasi ex del. nase. Sed quod istum §. ex L. 5. §. fin. ff. de  
obl. & ait. eeu indubio ejus fonte, declarare oporteat, rectissime adverit  
B. Dn. Lauterbach, & cum illo laudatus Dn. D. Majer, & Dn. Hoppius.  
Ex quo etiam in d. §. ult. pro vocabulo, **Dolo**, haud pauci Interppi, vo-  
cabulum, **Damno**, quo tum in d. L. 5. §. ult. de O. & A. tum & in L. 5.  
§. ult. & totto. N. C. & stabular. Leges nostræ utuntur, surrogare non du-  
bitant; ut in primis videre est, post Contrium, Cujac. Hotmann. Russar-  
dum, apud Bachovium, ad primam part. Pandect. pag. 1301. in fin. Quo  
igitur colore ex secunda vel prima Edicti parte, etiam propter delicta ad-  
versus **Personas** viatorum commissa, ob quæ ipsi caupones, stabulari, &  
nautæ conveniri non possunt, nihilominus contra Principem actionem  
propugnabimus? Quintò, cum illa princeps causa movens seu impel-  
lens, quæ in nautis, cauponibus, & stabulariis huic editio locum pe-  
perit.

perit, frequentissima videlicet illorum malitia, rapacitas, collusio cum praedonibus & furibus, in sacratissimā Principis personā omnimodo cesset, quantum igitur audacia atque temeritate hanc, tantummodo certarum, de fraude & furto singulariter suspectarum, personarum intuitu atque odio, à Prætore introductam actionem, contra Principem, horum putum, tamen porrigeremus? Ait Prætor: Nisi ita statutum esset, ut ipsius edicto falberrimè caveretur, materiam nautis & cauponibus datum iri, cum furibus contra eos, quos recipiunt, coeundi; cum ne nunc quidem talibus fraudibus abstineant, interprete Ilpiano, in L. 1. §. 1. f. nante, caup. & stab. Qui verò hanc providam, contra nautas, & ceteros, sollicitudinem etiam quoad Principes, postas in suis terris insituentes, necessariam dixerit, is profectō justissimam quorumvis bonorum inventivā merebitur. Et si, octo Princeps quovis alios Officiales, ratione probitatis, & circa Principales (ut loquitur Imp. in præm. Insti. §. 3.) iussiones eousq; multis experimentis, rerumque argumentis probatae fidei, satis jam exploratos, & piæterè corporalis iurisjurandi religione obstitutos constituat; illi verò deinceps nihilominus in suo officio delinquent, & vel subditis, vel forensibus multum damni causentur, quis Principem ad talia læsis resarcienda obligatum pronunciet? Hoc admisso brevi fore, ut ad talia pensanda nec omnia Reipublicæ bona sufficerent, verissime scribit Dn. Sam. Stryke, de oblig. Princ. ex facto miseri, cap. 3. n. 61. & seqq. Quò igitur colore in magistro postarum, & ipso jurato Princeps officiali, diversum dicimus? Nempe Princeps Principalis sui muneric partibus ex ase satisficit, si non solum virum spectatæ probitatis, & a rapacitatis, vel si mavis avaritiae, omnium sub sole vitorum radicis, opprobrio alienum publicarum postarum magisterio præficiat; verum etiam sacramenti, nexus omnium sanctissimi, religione devinat: Id quod cum inter nautas, stabularios, caupones, & postarum magistros ac submagistris valde considerabilem differentiam constitutat, quare etiam ex hoc argumentum à diversis non concludere elucescit; jx. regulam L. ult. de calunn.

## §. XIX.

Octavò, si Princeps omnino ex hoc edicto tenet, anne ergo eundem, si ab illis, quorum opera posta expedientia, ipso nempe magistro, vel ejus familia, vel in ædibus postarum, noch ehe die Sachen aus dem Posthaüs abgehen, vel in medio cursu, furum fuerit factum, vel injuria damnum datum illum etiam ex secunda editi parte dannabimus in duplum? Sanè quidem, si verum est, quod Prætoris edictum etiam Principem complectatur jus postarum exercentem. At qui hec nemo habet

hactenus vel in questionem vocare sufficiunt. Igitur vel saluberrimum illud Edictum in partes scindere, & priorem ejus partem in Principe admittere, & alteram rejicere, vel hanc quoque injuriam innocentis planè Principia impingere oportet, quod, quamvis Princeps non ita, ut navis, cappona, vel stabili privatus exercitor tale rerum & hominum, suis oculis constanter expositum, receptaculum, ipse animo & corpore praesens observare, ita etiam ille, ubi vis locorum, postarum magistrum & ministros similiter constringere valeat, Ipse nihilosecūs ex 2da Edicti parte, si credimus Tabori, & Domino Lauterbachio, de N. C. & tabul. th. ult. in fin. etiam Hodie, in duplo damnari valeat; cum tamen nec ipsos postarum Praefectos huic pecunia actioni subjiceret audeat Dn. Stryke, de action. forens. investig. S. i. membro 9. §. 37. Adeò facilis est in plures errores lapsus, ubi semel à regia veritati defleclimus. Et miramur, quod, Nonò, singularis & novaz istius sententiae autores & factores non etiam Iplum Sacratissimum Cesarem, sive Sunnum, ut loquitur Confl. Imp. Pol. Anno 1512. Colon. promulgata, tie, von den Notarien, Imperii Principem, inter cuius Referendata hoc regale postarum communissime referunt: Stammier, de referu. Imper. §. 48. n. 1. Limnaeus, J. P. lib. 2. cap. 9. n. 132. cum quibus jungenda, qua tradit MCVIUS, part. i. Dec. 102. per integr. Dn. Tector, de jure Publ. tit. 4. n. 343. & sq. Sincer. German. à Lapide, in Mercur. German. pag. 61. & sq. Dn. de Rhei. Inst. J. Publ. lib. 2. tit. 20. §. 2 & 3. Burgoldens. in Notis. rer. Imper. part. 3. D. 12. §. 3. Addat. Capitul. Leopoldina, art. 35. eidem actioni non prouidenti obnoxium, cum & ipse supremus, per totum Imperium, postarum Magister, nimirum Celsissimus Dn. Princeps de Taxis, & omnes ab illo constituti & penduli postarum magistri, eorumque subministri, partim, nempe quoad hujus Regalis exercitiū, jure Feudi concessum, cuius etiam beneficio Ille omnia hinc fluentia commoda consequitur; Ziegler, de jur. Majest. lib. 2. cap. 18. §. 27. Perez, ad sit. Cod. de cursu publ. n. 19. ab ipso Cesare immediate, partim vero, nempe illi, qui huic ipsi exercitio subserviens quale quale ministerium præsent, mediate ab Eodem Augustissimo Imperii Capite dependent. Evidet enim in er. Getaem & reliquos Principes, illum universales, per totum Imperium, & hos particulares, per suum Ducatum vel Electoratum, postas constituentes, quoad istum articulum, differentiae intercedant. Videat, omnino, post plures, quos laudat, excellentiis. Dn. D. Schweder, Patr. Præc. & Hoipes meus perpetui venerandus, introduct. in Ius Publ. part. special. S. 1. 8. 18. §. 7. & sqq. Decimò quod ipsa basis hujus novaz sententiae, quod etiam ipsi postarum magistri de receptione teneantur, valde lubrica atq; anceps sit, & dehinc tantæ molis singularis sententia ei nequeat superstrui,

E.

pro-

propechē in alia Disquisitione paulo plenius demonstrabitur. Et quod deniq<sup>ue</sup> undecimō, etiam illud, quod in omnibus negotiis ultrō susceptis, summi gradus diligentiam, eidemve oppositam levissimam culpam, præstare oporteat, non catholicum sit, ostendit exemplum tūm ultronei negotiorum gestoris, ix. L. 11. ff. & L. 20. Cod. de neg. gest. & tradd. Fianz<sup>z</sup> kūl. exere. Justin. II. Q. 7. D. Lauterbachii, in Coll. n. 11. de N. G. lib. 16. & sqq. tūm artificum & opificum, quos non tam ex eo, quod suas operas ultrō locent & offerant, quam ex eo, quod aliquid, ceu artifices, vel opifices, faciendū conducant, ad culpam levissimam obstricatos pronunciat Lex 13. §. 5. L. 25. §. 7. & ipsa Lex 9. §. pen. in verbis: Quippe ut artifex conductus est, ff. locat. Conferat. Dn. Lauterbach, in tract. synopt. ejusd. tit. §. III. n. 8. Vetus, cod. tit. §. 30. Dn. Præses, de jure arrig. circa contr. th. 21. in fin. Actolinius, Resol. Jur. 6. 4. n. 38. Wegen, de locat. conduct. cap. 6. n. 54. Hahn, ad wels. tit. loc. cond. n. 14. Videatur Bachov. ad Treutl. vol. I. D. 29. th. 6. lit. E. circa fin. & depositari, qui & ipse ex ultroneā suā oblatione non ad summam; sed tantum mediū gradus diligentiam, vel ad minimum non promiscue ad summam obstringunt; non obstante L. 1. §. 35. ff. depos. quae non adeo difficulter ex L. 13. & sqq. ff. ac pign. alt. & doctrina Lauterbachii, in tr. syn. tit. cmo. §. IV. n. 1. apit illustratiō nem. Addat. Cap. 2. §. de depos. Jus Prov. württemb. part. 2. tit. 3. §. manū aber. Dn. Lauterbach, ad tit. depos. §. II. n. 5. Brunnen. ad d. L. 1. n. 22. & 23. ff. depos. Dn. Stryk. in annotam. ad Schätz. tit. depos. verb. obtulerit. Molina, de f. & f. Disp. 527. n. 5. Trentacing. var. resol. lib. 3. tit. de depos. Resol. 2. n. 8. solidissimē Mantica, de T. & A.C. lib. 10. tit. 9. n. 14. & sqq. Addat. Ba. hov. d. lit. E. in fin. ubi pariter dicit, hoc, quod operam quasi offerens etiam de levissima culpa teneatur, non perpetuum esse, per L. 3. §. 1. N. C. & stab. Et hanc ipsam sententiā, quod videlicet Princeps non perinde ut nautes, capones & stabularii, obligetur; sed, ut quemlibet alium Officiale, ita etiam constitutum postarum magistrum, ab illo laesis exhibendo, liberetur, secūs ac juris eis in cauponibus, nautis, & stabulariis, magnis animis a DDibus coñu nissimē approbari, ex Marco, Romano, Bonacossa, Papaz, Stammio, statu minat Dn. Mylerus ab Ehrenbach, in hyparchol. cap. 10. §. 21. Jacob. Sbrozzi, de potest. visar. lib. 3. Q. 30. n. 6. Marius Giurba, cons. crim. 30. per integr. & passim Alii.

§. XIX,

Restat ergo, quod Princeps etiam ob furtum à se constituti postarum magistrorum, ejusdemve ministrorum, actione de recepto teneatur vel minimē. Planē si Princeps, cui haud dubiè incumbit, ut ad publica ministeria adhibeat viros idoneos & probos, Dn. Samuel Pufendorff. de f. N. & G. lib. 7. cap. 9. §. 9. vel sciens prudens, vel per culposam electionem, si ne

ne præv. à videlicet: expiacione, cuius fidei, vitæ, atque morum innocentia illi sit, quibus curam publicarum postularum demandat, jungat. L. ult. §. 4. ff. nauic. C. stabul, rapacem nebulonem illis praeficiat, vel, ex quo de illius improbitate atque perfidia jam plures ad ipsum querela perlatæ, illum tamen in hoc suo officio toleret, tunc quod Princeps non quidem actioni de recepto; benè tamen actioni in factum subjaceat, ad hoc nempe, ut damnum, non sine ipsius culpa illatum, illud passim refarcia, ex illa generali nostri Justiniani definitione in §. fin. de L. Aquil. & L. II. ff. de præser. verb. Et in fact. action. passim definiunt. Videantur DDres, ad dd. xx. Perezius, ad tit. Cod. de L. Aquil. num. 16. Tiraquell, tract. de nobilit. cap. 37. num. 134. ubi optimum ex Tullii IV. Verrina locum adducit, & qui hanc regulam nominatim in Principe, ejusque ministris & officialibus, plena manu, & per plurima exempla cundo, ex Libus & DDb, quos adducit, illustrat, Marius Giurba, confl. 36. num. 40. & sqq. Dn. Strykius, d. Diff. de oblig. Princ. ex factoministri, cap. 3. n. 71. cum sqq. Prop. Fatinac. Q. crimin. 24. n. 60. & sqq. Cœlius Bichius, in Decr. Rota Rom. Decr. 202. n. 7. Hoc amplius quod Principes non solum apotarum magistris, & illis, quorum opera hi utuntur, in dd. terminis; verum etiam à raptoribus, in publica via, per ipsorum territoria iter facientibus illata damna resarcire teneantur, eademq; de causa actione in factum, non ex quasi contractu; verum potius ex delicto proficisciент pulsi valeant, idque non solum in casu, quo iter facientes specialem ab illis impetrantur conductum; sed & extra hos terminos, communior Interpr. definitio est. Gail. lib. 2. O. 64. n. 6. in verbis: Dominus territorii ex quasi delicto tenetur. Dn. Eretz, von der Landes-Fürstl. Oberbothmässigkeit, pag. 154. ibi: Dann solcherley obligation entspringet ex quasi delicto, oder gleichsam auf einem Verbrechen &c. Matth. Stephanii de juris, lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 405. & sqq. Maul. de jure conduct. tit. 9. Petr. Ant. de Petra, de Pp. potest. cap. 8. n. 39. Petri de Andlo, de Imp. Rom. lib. 2. cap. 18. ibique in addit. Marq. Freherus. Tabor, de hoplophor. cap. 4. n. 6. Joh. Harp. precht. ad 5. 2. 7. vi bonor. rapt. ubi omnes Rationes sollicitate conquirit, & quales actiones contra dominum territorii hic competast? tubnecht. n. 4. & sqq. post plures Wurmser. exerc. Jur. publ. 6. Q. 22. Myler. de Princep. Imp. cap. 59. n. 5 Klock. de arari. lib. 8. cap. 76. n. 4. Udalys. Z. hisz. vol. 1. cons. 14. & sqq. Mynsing. C. 5. O. 70. Dn. Fritsch, in sylloge tract. Jur. publ. & priv. 1r. de Viis publ. cap. 12. n. 23. post plures, Roenthal, de feud. cap. 5. concl. 22. Knipschild. de Civitate Imper. lib. 2. cap. 5. n. 146. & seq. Strauch. Diff. exorer. 11. aphor. 2. Et tametsi haud pauci ad solum casum immetrati conductus hoc ipsum restringant, per Rec. Imp. de An. 1559. §. Damit dann die Oblig. 34. vers. Wofern (cui particulae passim hanc sententiam su-

perstruant.) von Thürfürsten/Fürsten/Ständen/oder einiger Obrige  
keit/jemand Glait gegeben.Bocer. de regal. d. cap. 2. n. 159. in fin. Knichen,  
de Saxon. non provoc. jure, verb. Dicuum. cap. 5. num. 185. Arumz. de comit.  
cap. 5. n. 58. & s. Speidel, in Spec. vocab. Glait. & præprimis Carpzov.  
Q. crim. 91. n. 61. & s. q. tamen etiam ad laudatum Imper. Recessum, cum  
cæteris dubius, jampridem respondit, præ cæteris, Dietericus, ad A. B. tit.  
1. §. quisquis. Addat, prolixè de hoc puncto commentatus Bo. Dn. Antec.  
Linck, in Diff. de jure conducendi, à §. 58. usque ad 62. & nova Dn. Gothofr.  
Christiani Leiferi sententia, in tratt. de præd. von Landguthern, lib. 3. cap.  
26. n. 102. & s. q. Sed cum iste articulus hoc propriè non pertineat, quare  
ista tantum propter affinitatem retulisse sufficiat, Adae Dn. Lauterbachium,  
in compend. Schiz. tit. de publican. in fin. ibique in not. Dn. Strykium.

### SPICILEGIUM

#### Ad Tract. de Aurigarum delictis pertinens.

§. 1.

**De Auriga seu Rhedario homœta matrone, quam, Domino jux-**  
**benite, rheda domum vebat, pudicium attentante.**

Cum honesta quedam Fecmina Ao. 1667. Amicam recenter ex regno Lu-  
citania in Hispaniam reducem ferè indies inviseret, ad terram usq; nocte  
in edibus ejus comorando, tandemque ad suos carruca revendam amicæ  
Maritū domestico suo auriga mandasset, factum ut ex hybernis ejus tem-  
poris noctibus, ut auriga cortinis, contra imbrum violentiā, more solito oc-  
clusis, & matrona illius habitaculo præter vcllo, eandem ad ultimā in oppi-  
do domus, ab illius habitaculo non longè distanti, septa abduceret, biderinq;  
carrucam, scelestam curu illa expleturus libidinem, ingressus fuerit. Cum  
que illa non saltem totis viribus resisteret, sed & caulam attentati flagitiis  
rogitaret, & audax nebulo, se nullum ab ipsa, pro officio hastenū, in illâ  
quotidiè domum vehendâ, eosque exhibito, accepisse donarium, solitariè  
allegaret, hoc insuper habitâ, quod ipso præsentem ei numnum offerret, &  
præterea vestem eidem promitteret, ipse tamen meditatum facinus exequi  
allaborabat. Excitatò verò magnò ab illa clamore, in hoc ipso conatu,  
solitus jam caligis, per satellitem Curiæ & duos milites Prætorianos de-  
prehensis cum omnia ingenuè confiteretur, Aula Regia in variis, circa  
poenam infligendam, sententia abit. Plures namque poenam mortis ad-  
versus illum, ceu Vis publicæ reum, decernendam putabant; per rx.  
in L. 29. §. ult. ad L. 30. de adult. juncta L. 5. §. ult. ff. ad L. 30. de vi  
publ. & tradd. Deciant, in tratt. crimin. lib. 8. cap. 7. num. 6. & s. q. Ludov.  
Pegueo

Pegueræ, Dec. 7. num. 6. Anton, Fabri, in Cod. Sab. lib. 9. tit. 7. Def. 3. sic  
not. num. 7. Mari Giurbæ, consil. crimin. 37. num. 9. & 11. Anton, Matthæi,  
in tract. de crimin. ad lib. π. 48. tit. 3. cap. 5. n. 8. Cum quorum doctrina  
quod etiam consonet Lex Hispaniarum, ex ejusdem Juri textibus & DDBus  
ostendit Laurentius Mattheu & Sanz. in egregio tract. de re crimin. con-  
trov. 55. num. 4. Et ut plura facinora sub uno violentiae criminis conti-  
neri verissime pronuntiat Imp. Constantinus in L. 6. Cod. ad L. Jul. de vi publ.  
ita alii urgebant, quod autriga ille etiam in criminis Raptus reatum incidet,  
quod & ipsum penam gladii post se trahere constat ex L. 5. §. fin. ff. ad L.  
Jul. de vi publ. L. un. §. fin. autem, in fin. Cod. de raptu virgin. Raptum au-  
tem ex eo stabilire conabantur, quia Reus violentam translationem de lo-  
co in locum, libidinis causa, ei ipso, commiserit, dum Foemina ad pro-  
prium habitaculum transvehendat ad alium devium in oppido locum do-  
losè transtulerit, non solum horum nesciam; verum etiam invitam, & ut  
dictum, explenda libidinis causa: quod ad raptum fundandum videbatur  
sufficiens, etiam si libido non esset expleta & per deducta Deciani, d. cap. 7.  
n. 7. & 33. Farinac. Q. crim. 145. n. 10. 196. & 209. Matthæi, ad d. lib. 48.  
tit. 4. cap. 2. n. 6. Carpzovii, Q. crim. 40. n. 21. Etiam Regio Hispanorum  
Iure; ut extxx. & autoribus porrò bene demonstrat laudatus Sanzius, d.  
controv. 55. num. 8. Addebatur, quod, 3ti, Matrona, violentum hoc ten-  
tamen perpessa, in conmubio viveret, & definie quoque crimen Adulterii  
concurret; quod ex se capitale, tum de Jure Romano, L. 30. Cod. de ad-  
ult. tum & Hispaniarum s' prout ex Azavedo, Gomezio, Montalvo, & Pe-  
rezio ostendit Anton. de Padilla, ad L. Transfigere. 18. n. 17. Cod. de tran-  
sact. Salazar, de usu & consuetud. Cur. cap. 5. n. 99. Vela, de delict. part. I.  
cap. 1. n. 28. prolixè laudatus Mattheu & Sanz. controv. scđnum. 18. & ffq.  
Et cum crimen hoc, per adjunctum delictum raptrus, notabiliter aggravetur;  
L. un. §. 1. ibi: *Quae multo magis contra eos obvinere sancimus, qui nuptias mu-  
liores angustare, quia duplice tenentur erimine, iam Adulterii scili-  
et, quam Rapina, & portere acerbiss. adulterii crimen ex hao adiunctione  
puniri.* Cod. de raptu virgin. tum & 4to, matrona hanc nequitiam perpe-  
sa aquali cum Domino scelesti aurigæ esset conditionis, & arctissima cum  
illo amicitia nexu juncta, & præterea speciali ejus fidei commissa, quare non  
dubitabant hujus severioris sententiae patroni, quod istò respectu acerbior  
pena decerni deberet, tum ex eo, quod gravius & enormius ab illo, cuius  
fidei foemina inprimis ab Hero ipsius committitur, perpetratur delictum,  
tum & maximè ex eo, quod nequitia aurigarum quotidie augeatur, & quod  
ideo res pessimi & pernicioſissimi exempli foret, si ejusmodi carucari seu

rhedarii & vectores, quorum fidei indies nobilissimæ Matronæ, honestæ  
 Viduæ, atque Virgines coimittuntur, à sclesta hujusmodi procacitate, ex-  
 emplaribus supplicis, non abstererentur. Sed ut maximè speciosa hæc vi-  
 deri potuerint, tamen mitior sententia pro dictanda tantum poena extraor-  
 dinaria haud imerito prævaluit, tūm ex illo generali, universi orbis moribus  
 approbat, axiomate, quod tametsi conatus ad actum proximum perductus  
 fuerit; tamen non ordinaria; sed, per regulam, duntaxat extraordinaria poena  
 obtineat, per latissimè firmata à Dn. Præside, in Differ. Jur. Comm. & March.  
 Badens. pag. 254. & seqq., tūm, 2dō, ex hoc, quod in specie crimen Raptus vix  
 aliter poenæ ultimi supplici locum conciliat, quam si raptor à se raptam  
 carnaliter cognoverit; prout contra generalem Anton. Perezii, ad tit. Cod.  
 de raptu virg. n. 9. Carpzov. Q. crimin. 40. n. 27. Franzkii, ad §. 8. n. 16. 7.  
 de publ. judic. traditionem, in primis per ex. in d. L. un. verbis: *Maxime*  
*enim virginitas, vel castitas corrupta restituiri non possit.* Cod. d. t. benè fit-  
 mat, post Rebustum, Ludovic. Gabriel. Nevyan. Fontanell. & alios, lau-  
 datus Sanz. d. controv. 55. n. 16. & sqq. ubi gravem in Regio Hispaniarum  
 Jure, quoad talen conatum in crimen raptus, obviam antinomiam erudi-  
 tè considerat. Joh. Harpprecht. ad d. §. 8. n. 36. 7. d. tit. ubi scribit, hoc  
 communius receprum esse. Matthi. Stephani, ad Ordinat. Carolin. art. 118.  
 post Cœpoll. & Joh. de Anania, Anton. Tessaurus, Decis. 217. n. 1. ubi di-  
 cit, ab hac vera & mitiore sententia, quam semper Senatus Pedemontanus  
 in ferendis sententiis fecerunt, non debere recedi. Arism. Tepat. in  
 comp. Doc. tit. 312. n. 3. cum Angelo, Boerio & Bonifacio, Ludov. Gilhausen,  
 in Arb. judic. crimin. cap. 2. tit. 23. n. 7. Jungat. Farinac. Q. crim. 140. n. 198.  
 Dn. Lauterbach, in delib. ex lib. n. 48. th. 40. Dn. Præses, in Differ. J. C.  
 & March. Bad. pag. 221. ubi plura videri possunt. Et tametsi ponam mor-  
 tis, in ejusmodi casu, qualem hic ventilamus, ubi nempe per ipsum raptu-  
 rem non stetit, quo minus carnalis commixtio sequeretur, nihilominus de-  
 cernendam communius definiant; ut videre est ap. Perez. d. l. Bermond.  
 Choveron. de publ. concubinar. rubr. de stupro, n. 32. Sanchez. de matrim.  
 lib. 7. Difsp. 12. n. 18. post plures, Brunneimann. ad d. L. un. n. 9. Cod. de ra-  
 ptu virg. & ad L. penalt. n. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ. Carpz. in Respp. Ele-  
 stor. lib. 6. Respp. 87. n. 15. Pegueram. Doc. 43. n. 2. ubi ita judicatum refert;  
 tamen etiam de eo, in substrato, præcipue dubitabatur, an revera crimen  
 raptus ab illo auriga perpetratum dici posset? eo quod ad hoc crimen non  
 quævis translatio de loco ad locum sufficiens sit; sed de domo mulieris  
 ad alium locum, eam secum abducendi & retinendi causa, ejus translacio-  
 nem factam esse oporteat; per d. L. un. in verbis: *Ad domo Patris abducitur.*  
 Cod. d. raptu virg. vel si talis abductio omnino in errore vel itinere fiat,

at mulier vel ex oppido in eremum, vel à publica via ad avia abducatur;  
ut ibid, ex LLb. Hispaniarum hoc in pueris evincit laudatus Sanz, n. 22. §  
25. Sicut autem è converso in casu, quò fœmina dunataxat à camera in ca-  
meram traducitur, crimen raptus non committitur; Jul. Clarus, in R.S.  
§. Raptus, n. 1. vers. Et id è si quis. Peguera, d. Dec. 42. n. 7. Decian. d. cap.  
7. n. 31. Farinac. d. Q. 145. n. 74. Sanchez. de matrimon. d. Disp. 12. n. 2.  
H. er. Cœvallos, in Spec. comm. opin. Q. 596. n. 3. & sqq. Ita etiam in pro-  
posito cùm auriga matronam non rapuerit de domo; sed ex domo  
Amici ultrò abeuntem tantùm aliquantulum à propria ejus domo ad publi-  
cam viam intra mœnia urbis, ut tanto commodius libidinem cum illa ex-  
plete valeret, in vehiculo abduxerit, siveque nullam, in illius translatione  
in propinquum illum locum, violentiam commiserit, quam ad crimen hoc  
multis requirit Farinacius, Q. 147. n. 31. Carpz. d. Ref. 87. n. 3. Peguera,  
Dec. 43. n. 4. & 5. Alex. Sperellus, in Decc. fori eccles. Dec. 38. n. 8. hisce  
omnibus congruentier in hanc tandem sententiam defensum fuit, quod,  
omissâ ordinariâ, pena extraordinaria, quæ & executioni mandata fuit,  
dictari deberet. Reum nempe flagellis per publicas plateas, ducentis verbe-  
ribus inflictis, cædendo, & ad reinos per integrum decennium conde-  
mnando; in cuius supplici executione, ut alios aurigas & carucarios tanto  
magis salutaris à similibus facinoribus terror abstraheret, Praeco publice  
proclamavit: Esta es la Justicia, que manda hazer el Rey nostro Senyor  
en este Cochero; quod ingenti circumfusæ multitudinis applausu exceptum  
recenseret laudatus Laurentius Mattheu & Sanz, in Supr. Aragonia Conci-  
lio Regens, saped. controv. ss. in fin.

## §. II.

Subjugimus his alium de **Homicidio ex magna lastivia & cul-**  
pa lata per Aurigam commisso, sequentibus formalibus, quæ lubentes hic  
reddimus, à D. Schiltero exhibitum Calum: Seyn zween eures Ampt's Unter-  
thanen / mit nahmen Andreas Balkz/Richter zu Preiskau und Paul  
Dupliz/ beyde des Ampt's Unterthanen auf dem Dorff Eleich / mit einem  
andern/nach ihrer wesentlichen behaftung gegangen/ und nachdem ein  
Führmann mit nahmen Thomas Kertner/ mit einem ledigen Wagen sie  
erfolget/ haben sie ihn gebetten / Sie eines theils weeges/ und sonderlich  
durch den / des ohrths gewesenen/ Prudel zu führen/ welches er zuthun zu-  
gesagt. Als sie aber außgefessen/ hat er die Pferde dermassen zu jagen/  
und durch allen Roth/ samt dem Wagen/ angefangen/ daß ihm erſtlich  
ein Kindje außgeprungen/ und die beyde/ Balkz und Dupliz/ sich/ wie  
sie gekonnt/ vom Wagen begeben. Als sie aber herabkommen/ hat der  
Führmann/ Thomas Kertner/ sie angesprochen/ sie wollten wider auß-  
sigen

sitzen / mit zusage / er woltte die Laittern mit Stricken binden / und sie sau  
 berlich und recht führen. Als sie sich aber mit solchen worten wider auf  
 den Wagen bereden lassen / hat er sie so geschwinde / als zuvorn / und  
 noch geschwinder / gerammt. Und ob sie gleich ihn vermahnt / daß er mähr  
 lich fahren sollte / hat er seinem schlimmigkeit mit dem rennen so lang nach  
 gesetzt / bis endlich eine Wagenkästter los worden / und der Richter von  
 Preßflau in ein Rad kommen / welches ihn erschmahl herumbgedrehet /  
 und überworfhen / daß er weder Hand noch Fuß mächtig gervelen / und  
 des andern tages die nacht darvon gestorben. Duplitz aber ist auf der  
 andern seitten vom Wagen gefallen / daß ihm ein beschlagen hinter Rad  
 über den Haß und lincken Arm gangen ; aber doch keinen fenderlichen  
 Schaden zugefügget. Dieweil denn Thomas Kertner der Geschichta  
 leuthalben geständig / allein daß er vermeint / daß die gedachte beyde zum  
 andernmahl außgesezen / wider seinen willen ; da er sich doch zu klatwiz  
 selbsten vernemmen lassen / daß er sie / auß ihre Bitt / auß den Wagen ge  
 nommen / so wird Er / vor begangene mishandlung / billich zur Stauen  
 geschlagen und der Gericht verweise / und da er also peinlich ge  
 strafft / so ist er serner des Entleibten Freunden nichts zu geben verpflichtet.  
 B. R. W. Prx. for. exerc. ad π. 49. §. 124. pag. 280. In hoc casu rectis  
 sume Hartmannus Pistoris, ex cuius Mss. hæc Schulerus recenset, primò  
 illud definiit, quod pœna capitali, ob defectum doli mali, locus haud com  
 petierit; per regulam Legis 7. ff. ad L. Cornel. de siccari. L. 6. §. 7. de remi  
 lit. Secundò & illud, quod, cum ista cædes non faltem ex aliqua pertulan  
 tia seu lascivia; sed haud dubie latâ culpâ commissa fuerit, cum Auriga fa  
 cillimè cogitare potuerit, & vel maximè debuerit, talém tragicum casum  
 ex hoc præcipitato vehiculi cursu facile sublequi posse, idèo neque sola  
 pœna pecuniaria, nec aurige, ceu in illo, in quo ita deliquit, territorio ne  
 que quicquam bonorum neque suum domicilium habentis. Relegatio di  
 gnam lætæ Justitiae satisfactionem præstare valeat; sed, præter hand, etiam  
 Pœna fustigationis, sive proxima morti, decerni debeat; ut in talibus  
 terminis etiam à Dominis Scabinis Lipsiensibus decisum videre est apud  
 Carpzonum, Q. crimin. 27. num. 33. § 99. licet illi alioquin, ob homici  
 dum etiam ab Aurigis; verum leví tantaxat, vel plane levissimâ culpâ  
 commissum, vix aliam pœnam, quam Relegationis, aut Carceris & Multam  
 pecuniariam, decernere soleant; ut ibidem videre est num. 38. § 47.

## §. III.

Addamus his Tertium, de damno in Vino, aliorum transve  
 hendo, injuria dato. Cum quidam Auriga, qui dolium yino repletum  
 ex

ex conducto vehebat, circa meridiem, cum equo, quieti & pabulo indige  
gere volens, curiculi temonem consueto quidem ligone fulsisset; verum  
ipso absente & equum curante porcus forte accedens virtute ligonis eleva-  
sum à se currunt tanta vi concusssiter, ut isto motu agitatus remo de ligone  
in terram præceps delaberetur, ipse ligo per partes dolii exterioreas tanta vi  
penetravit, ut rupto dolio vinum in terram profunderetur; Als der Führer  
mann die Deichsel an seinem Karren mit deren hierzu gehöriglichen  
Führermanns-Hacke begin aufzupassen / unterstützt / und hernach also  
stehen lassen / hat ein herzogelauffenes Schwein den Karren so hart  
bewegt / daß die Hacke als die von derselben schnell abgefallen / durch  
den Boden des Fasses hineingetrunken; Quæstum hinc fuit: An au-  
tiga hoc damnum refarcire teneatur? Et cum utique Auriga casum ita  
subsequentem haud difficulter prospicere poruerit, & profectò debuerit,  
idcirco illum non saltem ad Vini, per ipsius incuriam dicto modo effusi,  
refusionem; sed & porrò ad ejus, quod etiam ratione lucri cessantis Con-  
ductoris intererat, condemnandum judicavit Johannes Heeserius, tract. de  
ratione reddend. Loco 10. n. 32. eo quod utique non levissima seu minimas  
culpæ species sit, non prævidere seu prospicere id, quod facile alius vir cir-  
cumspectus prævideret potuisset; L. 31. ad L. Aquil. Hippolit. Riminaldus,  
consil. 44. n. 22. & 35. Francisc. Niger Cyriacus, controv. for. 166. n. 13. 21.  
¶ 30. Johann-Petrus Surdus, consil. 12. n. 22. & si quis illud, quod com-  
muniter diligenter facere solent, non & ipse observet. Cyriacus, controv.  
358. n. 29. & sq. Quod autem nec navem, nec equum, nec currum, ab  
alio regendum, vel observandum, quisquam sine rectore, vel custode rea-  
linquere, & interea ipse aliorum ire soleat, præter rei evidentiam, in pun-  
cto advertit Petrus de Ubaldis, tract. de dnob. fratrib. part. 9. n. 1. Hector  
Felicius, de societ. cap. 21. n. 78. laudatus Heeser, cit. loc. n. 27.

## §. IV.

De Auriga, Sortilegii seu magie suspectum, quem ad competens  
judicium pertrahere deberet, interficiendi videatur notabile Augustorum  
Rescriptum in L. fin. Cod. de malefic. & malib. mat, quod ad Summam hanc  
revocat Petrus Cornel. Brederodius, in thesauro sententiar. & regular.  
jur. lib. 2. lit. A. vocab. Auriga. pag. 66.

## §. V.

De Sylvarum & nemorum deterioratione, quam Auriga cat-  
rantur, videatur die Hoch-Fürstl. Sachsen-Gothaische Vorstand Jagd-  
Ordn. im neunten Hauptpunkten in Corpore Iuris Forestalis Fritschiano,  
part. 3. pag. 40.

TANTUM.

SOLI DEO GLORIA.

I  
**T**e variis Studii, Pietatis & Ardor adurit:  
Cur non hinc veniant omnia fausta Tibi?

Ita gratulabundus omnia natus  
**PRAESES.**

II.

**E**elix, quem Studiis Muse excoluere venustis!  
Magna illi siquidem gloria semper erit:  
Uferis exemplo egregie hoc BRENNER Ecolende,  
Non decurrunt ullo hinc tempore gloria, honor.  
Iuge opus eximum, porr̄ inclarescere perge,  
Sic latus capies Praemia digna brevi,  
In gratiam Nobilissimac Clariss. Dn. Respondentis, Fautoris,  
Amici, ac Commensalis sui suavissimi, gratulabundus  
hec adiecit

**GABRIEL SCHWEDER/D.**

III.

**L** Sift gewißlich heut ein Tage voller Freuden /  
Dass wir/ Herr Brenner / Ihn auf dem Catheder sch' n  
Gar tüglich und voll Brünsl das Recht von Vurech scheiden/  
So daß auch jederman Ihn leichlich wird versteht' n.  
Man kan hieben erich' n / dass Er all sein studiren  
Wie solchen Lässer dab gefüret jederzeit /  
Der da zu brennen pflegt/ drum wird er reüssiren/  
Dass Er beylegen wird mit Ruhm und Ehr den Streit.  
**Dijch - COMPAGNONE.**

IV.

**S** O schwingt Herz Brenner sich mit brennender begierde  
Dahn/ wo sich zumahlt Apollo, samte der Schaar  
Der Muten, hat gesegnet: Drum wird Ihm auch/nach würd/  
Sein stater Fleiß belohnt: Die Proben stellt Er dar/  
Durch diß geleschte Werk. Beglückt sei sein Beginnen/  
Weil die Seelrāwanteit mit Tugend sich vereint/  
Zed ich gedoppelt Ihm bald gratulieren können/  
Wann Ihm das Glück's Gestern aufs seeden seitzen schaut.  
Du bezugung wahrer und beständiger Freund,  
Schaffst wolte dieses beysezgen

**G. F.**

Tübingen, Diss., 1706-09

X 241 8747



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-231643-p0056-5

DFG

12801.

Q. F. F. S.

## ACTIO UTILIS DE RECEPTO,

An & quibus in casibus locum possit  
sortiri?

SUPREMO NUMINE AUXILIANTE,

*Indultria*

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,

In Illusterrima EBERHARDINA,

P R E S I D E

DN. FERDINANDO CHRISTOPHORO HARPPRECHTO,  
JCTO, COMITE PALAT. CÆSAR.  
ET ANTECESSORE,

In Acroaterio JCtorum,

Ad Diem 6. Novembr.

Solcani ventilationi submissa,

a

PHILIPPO LUDOVICO BRENNERO, Nütingen.

T U B I N G E,

Anno Salutiferi Partus, M D C C V I.

Literis Johannis Conradi Eitelii.

Farbkarte #13

Centimetres

